C. A. RUDOLPHI

RECENTIORIS AEVI

NUMISMATA

VIRORUM

DE

REBUS MEDICIS ET PHYSICIS

MERITORUM

MEMORIAM SERVANTIA

DENUO

EDIDIT EMENDAVIT ET AUXIT

CAROL. LUDOV. DE DUISBURG

DR. MED. ET CHIRURG. REGI A CONSIL. SANIT. SOCIET. NAT. CURIOS. DANTISC. ET REGIOMONT. MEMBRUM.

DANTISCI

SUMTIBUS THEODORI BERTLING

1862.

PARISIIS

HAAR ET STEINERT

9 rue Jacob.

PETROPOLI

H. SCHMITZDORFF Bibliop. Imp. Aul.

Newsky Prospekt Haus Bosse.

Praefatio.

Index numismatum in virorum de rebus medicis vel physicis meritorum memoriam percussorum, quem C. A. Rudolphi primum a. 1823 edidit, bis tantum a. 1825 et 1829 ab eodem auctore foras datus est. Quare, praesertim quum accederet, ut quae postea in lucem prodiissent, nequaquam viris doctis probari possent, ego, qui et meam ipsius numismatum collectionem paullatim valde auxissem et amicorum opera consilioque saepe adjutus essem, non irritum me facturum speravi, si Rudolphii librum iterum edidissem. Ac de mea quidem opera, qui legerint, judicent; illis vero quod mihi potestas animum officiorum praestitorum memorem publice testandi facta est, mirifice gaudeo. Itaque Viris clarissimis ab Olfers, Tys, Friedlaender, Rüppell, Bolzenthal gratias ago maximas, quippe qui aut Berolini commoranti mihi magnae fuerint utilitati aut collectiones meas donis ornaverint.

Restat, ut rationem doceam, quam in hac editione mihi ineundam esse censui, quod eo minus mihi negligendum existimavi, quo magis a Rudolphio discrepat. Illum enim tantum secutus sum mores atque ingenia eorum describentem, quorum in honorem numismata signata sunt; nam brevis est in dicendo et, quae scripsit, ipsum virum aperiunt; reliqua longe alio modo institui.

Ac primum quidem quum de ordine in toto opere adhibendo cogitarem, ad annum, quo viri, de quibus agitur, e vita excesserint, omnia fere disponenda esse intellexi; etenim hunc annum et saepius inter omnes constare et post mortem viri auctoritatem actionemque cessare apparet. Attamen in jectonis enumerandis non eandem viam secutus sum; quibus a reliquis separatis decanatus, quo functi essent, annus aptior videbatur, qui respiceretur. Jam quod ad nationes pertinet, a quibus medici originem traxerunt, loci quo sedem ac domicilium collocaverant, ratio est habita: quod ut facerem, inprimis Slavi me impulerunt, quorum non pauci a peregrinis nationibus oriundi sint. Indices denique libro additi et medicorum physicorumque nomina continent et artificum, a quibus numismata confecta sunt; librorum quoque ad has res pertinentium mentio non est neglecta.

Duae tamen res sunt, in quibus excusatione non facile supersedeam. Neque enim in numismatis a me ipso non visis sed aliorum tantum descriptione cognitis meam interponere fidem potui, (quamobrem tantum eorum metallum nomine dixi, quae ut mea esse animadverti posset, asterisco designavi): et aliquoties, quum complures artificum, quamquam idem iis nomen fuit, huic non semper praenomen adjecerint, factum esse potuit, ut quaedam numismata perperam non recto auctori attributa sint.

Scr. Gedani a. d. XIX Cal. Januar. MDCCCLXII.

Siglorum explicatio.

Altorf. — Der Nürnbergischen Universität Altdorf Denkwürdigkeiten von Münzen, Steinen, Siegeln und Gefässen in 17 Kupfertafeln vorgestellt. Nürnb. 1765. fol.

*Ampach. — Numophylacii Ampachiani sectio I. II. Leipz. 1833. 2 voll. 8.

*Appel. — Appel, J., Repertorium zur Münzkunde des Mittelalters und der neuern Zeit. Mit Abbild. 4 Bde. Wien 1820—1829. 8.

*App. Bibl. Firm. — Appendice alla Biblioteca Firmiana contenente la raccolta di medaglie d'uomini illustri. Mediolani 1783. 4.

Balemann. — Balemann, Ansehnliches Münz- und Medaillen-Kabinet. Hamburg 1780. 8.

Bauer. — Bauer's, G., auserlesene und nützliche Neuigkeiten für allerlei Münzliebhaber. M. Abbild. Nürnb. 1772. 4.

*Beierlein. — Beierlein, Medaillen auf ausgezeichnete und berühmte Baiern in Abbild. und mit histor.-biogr. Notizen. 1—4. Lief. München 1851—54. 8.

*Bentk. — Bentkowski, Spis Medalow Polskich lub dziejami polskiéj stycznych. w Warszawie 1830. 8.

Berch. — Berch, C. R., Beskrifning öfver Svenska Mynt och Kongl. Skådepenningar. Upsala 1773. 4.

*Bergm. — Bergmann, Jos., Medaillen auf berühmte u. ausgezeichnete Männer des oesterreich. Kaiserstaates, vom XVI bis z. XIX Jahrhunderte. In treuen Abbild., mit biogr.-hist. Notizen. 2 Bände. Wien 1844—57. 4.

*Binder. — Binder, Christ., Würtembergische Münz- und Medaillenkunde. Stuttgart 1846. 8.

Biografia medica Piemontese. Torino 1824.

*Biograph. med. — Biographie médicale. 7 vols. Paris 1820—1825. 8.

*Biographie, nouvelle, générale. Publiée par M. M. Firmin Didot frères, sous la direction de M. le Dr. Hopfer. Paris 1852 sqq. 8.

*Boehm. Med. — Beschreibung der bisher bekannten boehmischen Privatmünzen und Medaillen. Herausgegeben von d. Verein für Numismatik in Prag. Mit Abbild. Prag 1852 sqq. 8.

Bolzenth. — Bolzenthal, H., Denkmünzen zur Geschichte Friedrich Wilhelm III in Abbild. m. Erläut. 2. Ausg. Berlin 1841. 8. tab. in 4.

* — — Ejusdem Skizzen zur Kunstgeschichte der modernen Medaillen-Arbeit. Mit XXX Kpftf. Berlin 1840. 8.

*Brucker. — Bruckeri, Jac., historia vitae Adolphorum Occonum ad illustrandam rem literariam et medicam seculi XVI comparata. Lips. 1734. 4. tab.

*Burckhard. — Des numophylacii Burckhardiani andererTheil. Goettingen 1745. 8.

*Büsching. — Büsching, A. Fr., Abbildung und Erläuterung der Hochgräfl. Bestucheffischen Schaumünzen. Hamburg 1765. 4. m. Kpf. — Zweite verbess. Ausg. das. 1766. gr. 4.

*de Carro. — de Carro, Jean, Carlsbad, ses eaux minérales et ses nouveaux bains à vapeurs. Carlsb. 1827. 8.

*Cicognora. — Cicognora, L., Storia della scultura dal suo risorgimento in Italia sino al secolo di Napoleone. Vol. I—VII. Prato 1823. 24. 8. tab. in fol.

Croll. — Des verstorbenen Herrn Münzmeisters Croll Münzsammlung. (Dresden) 1804. 8.

Danske Med. — (Fr. Suhm.) Beskrivelse over Danske Mynter og Medailler i den Kongelige Samling. Kjöb. 1791. — Tillaegg (supplementum). ib. 1794. fol. tab.

*Doppelmayr. — Doppelmayr, J. G., Historische Nachricht von den Nürnbergischen Mathematicis und Künstlern. Nürnb. 1730. fol. tab.

*Eloy. — Eloy, Dictionnaire historique de la médecine. Ed. II. Mons 1778. 4 voll. 4.

Engl. Medals. — The medallic history of England to the revolution with 40 plates. London 1790. 4.

Ginanni. — Ginanni, P. P., Memorie storico - critiche degli scrittori ravennati. Faenza 1769. 2 voll. 4.

*Haller. — Haller's, G. E. v., Schweizerisches Münz- und Medaillenkabinet. 2 Thle. Bern 1780. 81. 8. m. Kpf.

Hamb. — Hamburgische Münzen u. Medaillen. Hrsg. von e. Ausschuss des Vereins f. Hamburg. Geschichte u. redig. von O. C. Gaedechens. 9s Stück. Jubelmedaillen, Denkmünzen zu Ehren ausgezeichn. Personen. Hamb. 1853. 4. m. Kpf.

*Hausch. — Hauschild, J. Fr., Beitrag zur neuern Münz- u. Medaillengeschichte. Dresden 1806. 8.

Hedlinger ed. Fuessli. — Collection complète de toutes les médailles du chevalier Hedlinger, par J. G. Fuessli. Augsb. 1782. fol. tab.

*Hedlinger ed. Mechel. — Hedlinger. Son oeuvre ou recueil des médailles de ce célèbre artiste, par Chr. de Mechel. Basle 1776. fol. tab.

Hennin. — Hennin, M., histoire numismatique de la révolution française. Paris 1826. 4. tab.

Hist. metall. Napol. — Histoire métallique de Napoléon ou recueil des médailles et des monnaies qui ont été frappées depuis la première campagne d'Italie jusqu' à son abdication en 1815. Londres 1819. 4. tab. — Supplément. ib. 1821. 4. tab.

Imhof. — Cph. Andr. d. vierten Imhof, Sammlung eines Nürnbergischen Münzkabinets. 1. Theil in 2 Abth. Nürnb. 1780. 82. 4.

*Joachim. — Joachim, J. Fr., Das neu eröffnete Münzkabinet. 4 Thle. Nürnb. 1761—73. 4. m. Kpf.

Juncker. — Juncker, Chr., Das guldene und silberne Ehrengedächtniss Dr. M. Lutheri. Aus mehr als 200 Medaillen u. Bildnissen erkläret. Leipz. 1706. 8.

*Kluyskens. — Kluyskens, H., Des hommes célèbres dans les sciences et dans les arts et des médailles qui consacrent leur souvenir. 2 tomes. à Gand 1859. 8. fig.

Knorre. — Knorre, O. H., Verzeichniss einer Medaillensammlung. Hamb. 1805. 8.

*Koehler. — Koehler, J. D., Historische Münzbelustigungen. 1—22. Theil. Nürnb. 1729—1750. 4. tab. — Register 2 Thle. ib. 1764. 65. 4.

Koehne's Zeitschr. — Zeitschrift für Münz-, Siegel- und Wappenkunde, hrsg. von Dr. B. Koehne. Berlin 1841—46. 8.

*Kreber. — Fortegnelse over Generalmajor v. Krebers Mynt- og Medaille-Samling. 1. Afdeling. Kjöbenhavn 1841. 8.

*Kundm. Gel. — Kundmann, J. Chr., die Heimsuchungen Gottes in Zorn und Gnade über das Herzogthum Schlesien. Nebst e. Verzeichn. von Gelehrten in Münzen. Lpzg. 1742. 4.

*Kundm. Jubil. — Ejusdem Nummi jubilaei od. Jubel-Schaustücke. Breslau 1734. 4. m. Kpf.

*Kundm. Siles. — Ejusdem Silesii in nummis oder berühmte Schlesier in Münzen. Bresl. u. Lpzg. 1738. 4. m. Kpf.

*Lengn. Hevel. — Lengnich, C. B., Hevelius. Danzig 1780. 8.

*Lengn. Merkw. — Ejusdem Merkwürdigkeiten einer Medaillensammlung. Zwölf Aufsätze im Journal von und für Deutschland. Jahrg. 1791 u. 1792. 4.

*Lengn. Nachr. — Ejusdem Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde. 2 Thle. Danzig 1780—82. 8. m. Kpf.

*Lengn. N. N. — Ejusdem Neue Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde. 2 Thle. Danzig u. Dessau 1782. 8.

Lengn. Verz. — Verzeichniss der Münzsammlung des wohlsel. Archidiaconus Lengnich. Danzig 1796. 8.

*Lesser. — Lesser's, F. Chr., besondere Münzen. M. Kupfern. Frankf. u. Leipz. 1739. 8.

Linné's Biogr. — Egenhändige Anteckningar af Carl Linnaeus om sich sjelf med Anmärkningar och tillägg. Stockholm 1823. 4. tab. (Adam Afzelius edidit.)

Litta. — Litta, P., Famiglie celebri d'Italia. Milano 1819 sqq. fol.

*Lochner. — Lochner, J. Hieron., Sammlung merkwürdiger Medaillen. Nürnb. 1737—44. 8 Bde. 4. m. Kpf.

*van Loon. — van Loon, Gerard, Beschryving der Nederlandsche Historipenningen. 4 Deele. s'Gravenhage 1723—31. fol. tab.

van Loon cont. — Beschryving van Nederlandsche Historipenningen ten verfolge op het werk van G. van Loon. 6 Stukke. Amst. 1821—61. fol. tab.

Lüdecke. — Lüdecke's, C. W., alllgemeines schwedisches Gelehrsamkeits-Archiv. 7 Thle. Leipz. 1789—93. 8.

Madai. — Verzeichniss der Thalersammlung des verstorbenen Dav. Sam. Madai. Hamb. 1788. 8. tab.

Maffei. — Maffei, Scip., Verona illustrata. Parte seconda. Verona 1731. 8. tab.

*Marini. — Marini, G., Degli archiatri pontifici. Roma 1748. 2 voll. 4.

Mayr. — Mayr, J., Monete e medaglie onorarie. Ferrara 1843. 8.

*Mazz. — Museum Mazzuchellianum s. numismata virorum doctrina praestantium, quae apud Jo. Mariam Comitem Mazzuchellum Brixiae servantur. 2 voll. Venet. 1761. 63. fol. tab.

*Mieris. — Mieris, Fr. van, Historie der Nederlandsche Vorsten. 3 voll. Gravenhage 1732—35. fol. tab.

Millin. — Millin, A. L., Histoire métallique de la révolution française. Paris 1806. 4. tab.

*Moehsen Meds. — Moehsen, J. C. W., Beschreibung einer Berlinischen Medaillensammlung, die vorzüglich aus Gedächtnissmünzen berühmter Aerzte besteht. 2 Theile. M. Kpfrn. Berlin 1773—81. 4.

Molano-Boehmer. — Numophylacium Molano-Boehmerianum. Cellis 1744. 8.

Molinet. — Molinet, Cl. du, Le cabinet de la bibliothèque de St. Généviève. Paris 1692. fol. tab.

Museum Septalianum. — vid. Settala.

Normand fils. — Normand fils, Galerie métallique des grands hommes français. 1. 2. livr. Paris 1825. fol. (Numorum adversas sistit.)

Oberthür. — Verzeichniss von Gedächtnissmünzen, gesammelt von Franz Oberthür. Würzburg 1826. 8.

Orden. — van Orden, G., Bijdragen tot de Numismatik van het Koningrijk der Nederlanden. Zaardam 1828—30. 4.

— — Ejusdem Handleiding voor Verzamelaars van Nederlandsche Historipenningen. Zaardam 1828—30. 2 voll. 8.

Rothsch. — Rothscholzen's, Fr., Beitrag zur Historie der Gelehrten. 1—3. Theil. Nürnb. 1725—26. 8. tab.

*Rud. — Recentioris aevi numismata virorum de rebus medicis et physicis meritorum memoriam servantia collegit et recensuit C. A. Rudolphi. Berol. 1829. 8.

*Rüppell. — Beschreibung und Abbildung der Schaumünzen,

welche zum Angedenken von Bewohnern Frankfurts oder in dieser Stadt gebornen Personen gefertigt wurden. Entworfen von Dr. Ed. Rüppell. Frankf. a. M. 1855. 8.

Sacklén. — Sacklén, J. Fr., Sveriges Läkare-Historien. Första afdelningen. Nyköping 1822. — Andra afdelningen förra häftet. ib. 1823. — Senare häftet. 1824. 8.

Schau- u. Denkm. — Schau- und Denkmünzen, welche unter Maria Theresia geprägt worden sind. M. Kpf. Wien 1782. 2 Bde. fol.

Schlichtegroll. — Schlichtegroll, Fr., Annalen der gesammten Numismatik. I. Band. Leipz. 1804. — II. Band. 1. Hft. 1806. 4. m. Kpf.

Schweitzer. — Schweitzer, Fed., Serie delle monete e medaglie d'Aquileja e di Venezia. Vol. I. II. Trieste 1848—52. (Berlin, Mittler & f. in Comm.) Imp. 4. tab.

Settala. — Musaeum Septalianum Manfredi Septalae industrioso labore constructum Pauli Mar. Terzagi geniali laconismo descriptum. Dortonae 1664. 4. — Ed. altera auctior: Museo o galeria del Manfredo Settala. In Tortona (1677). 4.

Silfverstolpe. — Silfverstolpe, Fr., Tillägg till C.R.Berch's Beskrifning öfver Svenska Mynt och Kongl. Skådepenningar. Stockh. 1825. 8.

Snelling. — Thirty three plates of english medals by the late Thomas Snelling. Lond. 1736. 4.

Spies. — Spies, J. J., Der Brandenburgischen historischen Münzbelustigungen 1—5. Theil. M. Kpfrn. Anspach 1768 —1774. 4.

Stoehr. — Stoehr, Cel., Neuestes Münzkabinet. Kulmbach 1822. 8.

Szechen. — Catalogus numorum Hungariae ac Transilvaniae instituti nationalis Szechenyani. Pestini 1807. 3 tomi in 2 voll. 8. tab. in 4.

*Thesaurus. — (Negelein et Koernlein), Thesaurus numismatum modernorum hujus seculi ab anno 1700 ad annum 1709; — et suppl.: Numismata historica anni 1710. Norimb. fol. tab.

Thott. — Thesaurus numismatum, quae collegit Otto Comes de Thott. Havn. 1779. 2 voll. 8.

Tomasini. — Tomasini, J. Ph., Illustrium virorum elogia iconibus exornata. Patavii 1630. 4.

Trésor de numism. — Trésor de numismatique et de glyptique, ou recueil général de médailles, monnaies, pierres gravées etc., gravées sous la direction de P. Delaroche et H. Dupont avec un texte par Ch. Lenormant. Paris 1834—44. 20 voll. fol.

Tyssen. — A catalogue of the collection of ancient and modern coins and medals of the late Samuel Tyssen. London. 8.

Venuti. — Venuti, R., Numismata romanorum pontificum praestantiora, a Martino V ad Benedictum XIV. Romae 1744. 4. tab.

*Vossb. — Vossberg, F. A., Münzgeschichte der Stadt Thorn. Mit Abbild. Berlin 1845. 8.

*de Vries et de Jonge. — de Vries et de Jonge, Nederlandsche Gedenkpenningen. s'Gravenhage 1829. 2 voll. 4.

*Wellenh. — Verzeichniss der Münz- u. Medaillen-Sammlung L. W. v. Wellenheim's. 3 Bände. Wien 1844—46. 8.

*Will. — Will, Andr., Der Nürnbergischen Münzbelustigungen 1—4. Theil. Nürnb. 1764—67. 4. tab. — Hauptregister dazu (Repertor. der Nürnb. Geschichte u. Münzkunde) von J. C. S. Kiefhaber. Nürnb. 1800. 4.

Würdtwein. — Würdtwein, St. A., Mainzer Münzen. 1769.

*Zacharias. — Zacharias, E., Numotheca numismatica latomorum. Dresd. 1840—46. 4. tab.

Zanetti. — Zanetti, G. A., Nuova raccolta delle monete e zecche d'Italia. Bologna 1775—89. 5 voll. fol. tab.

Ziervogel. — Ziervogel, E., Diss. usum rei nummariae in hist. litterariae domesticis exemplis declarans. Ups. 1754. 4.

— — Ejusdem Diss. de re nummaria ejusque in historia Suiogothica usu. Ups. 1749. 4.

I. Itali.

I. Baptista Romanus, plane ignotus.

Adv. Effigies. Inscr. M(agister). Babtista Ro(manus). Chirurgicus.

Av. Manus instrumentum incognitum et vitis ramum uvis onustum gerens.

Num. $2^1/_6$ pollic. Moehsen Meds. 2, p. 575, tab. 1, n. 5. refert, idemque in biblioth. Garelliana a Denis descripta p. 757 occurrit, ut et in Tyssenii catalogo, p. 18, n. 245. Rud. 565.

Nota. Hoc loco referre interest, Moehsenium plura recentioris aevi numismata cera aut ebore ficta ex aere fundi curasse, eorumque aversae inscriptionem addidisse, ut et alia inventa rara rudi modo restitui fecisse; minime vero, ut dicit C. Rudolphi, ab eo inventa sunt. Horum numero hoc numisma adnumerandum esse credimus, quorum plura catalogus enumerabit.

II. Petrus de Abano, conciliator dictus, natus circa annum 1250 professor Patavinus, summam famam nactus, saepe pro Mago habitus, denatus 1315.

Adv. Effigies. Inscr. Petrus De Abano. Phil. Med. Pat.

Av. Sapientia et Medicina manibus junctis. Inscr. Concordi Foedere.

Num. $1^3/_4$ pollic. fusum, quod Moehsen restitui curavit et Meds. 2, p. 576 refert, tab. 3, n. 3. delineatum. Depicta aversa apud Tomasin. p. 24. Rud. 1.

III. Cecco d'Ascoli, s. Cecco Esculano, s. Ciccus de Esculo, s. Francesco degli Stabili, quod proprium nomen fuit, quo autem scriptis non usus est, Esculi 1257 natus, Florentiae d. 15. Septbr. 1327 ob haeresin ab inquisitione flammis

traditus. Admodum tunc temporis polyhistori experimentum et observatio magni ei subsidii erant. Magnum opus encyclopaedicum oratione ligata, l'Acerba dictum, componere inchoaverat, de quo cfr. Millin, magazin encyclop. IV. année, T. I, p. 248—56, 1798.

1. Adv. Effigies; hypogr. C. de Esculo.

Av. Vir nudus soluto currentique equo insidens, a quo pedes nudus eum detrahere nititur.

Num. fusum transversim ovale $1^1/_3$ pollices altum, duos latum. Mazz. I, tab. 7, n. 6. ex specimine male conservato delineatum. Rudolphio sola aversa erat, sed ad dimidium pollicem latior, ideoque totum peditem monstrans, cujus particula solum illic exhibetur, e qua re conjicit, aversam ad alium quendam numum pertinere. Rud. 129.

2. Alterum in numophylacii Molano-Boehmeriani parte IV., p. 455, n. 3. obiter relatum: C. D. E. Esculo, effigies ejus pectore tenus, capite velato.

In aversa castellum binis turribus ornatum, sine epigraphe.

Num. $1^1/_2$ pollic. Appel (Repertor. IV, 1, n. 282) numum aeneum oppidi Asculi describit, in quo insignia urbis aeque ac in descripta aversa. Rud. 130.

IV. Ludovicus Scarampus, s. Mediarota, natus a. 1402, denatus d. 13. Mart. 1465. Medicus romanus, archiater Calixti IV, medicina autem posthabita supremus dux exercitus, episcopus, tandem cardinalis factus.

Adv. Effigies. Inscr. L. Aquilegiensium Patriarca Ecclesiam Restituit.

Av. Exercitus templum petens. Inscr. Ecclesia Restituta. Exerg. Ex Alto.

Num. $1^1/_2$ pollic. Mazz. I, p. 74, tab. 11, n. 4. Aversam dat delineatam Tomasini, p. 18; Rud. 596. Ob inscriptionis varietatem in Mus. Mazz. et apud Argelatum, qui icon dedit, obviam, cel. Rudolphi credidit, duo diversa existere talia numismata, quapropter in secunda indicis editione duo enumerat, sed unum idemque esse, cel. Ben. Friedlaender eum edocuit.

V. Jacobus Gottifredus, denatus d. 16. Aug. 1482, archiater Papae Pauli II et Sixti IV.

Adv. Effigies. Inscr. Paulus. II. Venetus. Pont. Max.
Av. Jacobus Gottifredus. Roman. Phisicus. Ejusdem. Suffragio. Has. Aedes. A. Fundamentis. Erexit.
Ita a Marinio (archiatri pontific. I, 173) describitur numus $1^1/_2$ pollic., qui in fundamento domus a Gottifredo anno 1467 exstructae, anno vero 1692 funditus dirutae inventus est. Venuti num. pontif. rom. p. 31, n. 21.

VI. Philippus De Vadis, medicus, cujus nullam mentionem inveni.
Adv. Effigies. Inscr. Philippus. De. Vadis. De. Pisis. Chironem. Superans.
Av. Vir armatus intra circulum stans; ad pedes ejus sol et turris. Inscr. Opus. Joannis. Boldu. Pictoris. 1457.
Num. $2^1/_2$ pollic. aeneum in numophylaceo regio Berolin. vidi.

VII. Angelus Cattho. Cum rege neapolitano Renato Andegaviensi, a cujus partibus steterat, exul Galliam petiit, a Carolo Burgundico, ad quem legatus fuerat, optime exceptus, hujus rebus dilabentibus ad Ludovicum XI Galliae regem se vertit, qui eum medicum et eleemosynarium habuit, tandem archiepiscopum Viennensem creavit; 1491 vel 1494 defunctus. Cominaeo, viro celeberrimo, conjunctissimus. Anno 1474 Matthaei Sylvatici pandectas medicas auctas edidit.
Adv. Effigies. Inscr. Angelus. Cato Archiep. Vienne Maximusq. Galliarum Primas.
Av. Apollo arcum et pharetram lauro appendens, sub qua: Apollo. Inscr. Exaltat Virtus Nobilitatq. Viros.
Num. 3 pollic. cfr. Museo Settala (editio anni 1677) p. 319. Trésor de numismat. Med. ital. vol. II, p. 36, tab. 60, n. 1.

VIII. Marsilius Ficinus, natus d. 19. Oct. 1433, Florentiae, denatus d. 1. Oct. 1499. Medicus et philosophus platonicus.
1. Adv. Effigies. Inscr. Marsilius Ficinus Florentinus.
Av. Hygiea serpentem gerens.
Num. fusum bipollic. Moehsen Meds. I, p. 193. Rud. 217.
*2. Adv. Effigies. Inscr. Marsilius Ficinus Florentinus.
Av. Platone.
Num. fusum bipollic. aenaeum. Mazz. I, p. 134, tab. 28, n. 4. Moehsen, l. c. p. 201. Rud. 218.

IX. Petrus Bonus Avogari; astronomiam docuit Ferrariae, ubi anno 1506 plus quam octogenarius denatus, poëta et medicus laudatus.

1. Adv. Effigies. Inscr. Petrus. Bonus. Avogarius. Ferrariensis. Medicus. Insignis. Astrologus. Insignior.

Av. Aesculapius supra draconem, Urania supra globum stantes; ad latus uniuscujusque figurae nomen. Exerg. Opus Sperandei.

Num. $3^1/_4$ pollic. fusum. Mazz. I, p. 111, tab. 23, n. 1. Moehsen Meds. I, p. 97 et 105. Rud. 15.

2. Adv. Effigies. Inscr. Petrus Bonus Orpheum Superans.

Av. Orpheus sedens alatus cithara canens. Inscr. Opus Joanis Boldu Pictoris. 1457.

Num. $1^3/_4$ pollic. fusum. Mazz. l. c. n. 2. Moehs. l. c. p. 89. Rud. 16.

X. Marcus Antonius della Torre, anatomiae professor Patavinus, qui Leonardi da Vinci arte ad corporis partes depingendas usus est; anno 1512 pesti occubuit.

*Adv. Effigies. Inscr. Turrius Ille Marcus An. Art. Et Med. Doc. Et Pub. Lec.

Av. Vir (Apollo?) Pegaso vehens. Infra: Op(us). Ju(lii). Tur(rii).

Num. egregium $2^1/_3$ pollic. aeneum. Maffei II, p. 284. Moehsen Meds. p. 128. Rud. 661. — Ut aliorum numorum ita et hujus Moehsen ectypon valde rude fieri curavit.

XI. Antonius Ferrari Galateus a Galatola, oppidulo neapolitano dictus, ubi anno 1444 natus fuit. Archiater neapolitanus et poëta, quo forsan numismatis aversa spectat. Denatus anno 1516 vel 1517.

Adv. Effigies. Inscr. Antonius Galateus.

Av. Mars Venerem amplectitur, Cupidine adstante.

Num. $2^1/_4$ pollic. fusum. Mazz. I, p. 170, tab. 38, n. 2. Moehsen Meds. I, p. 169. Rud. 214.

XII. Baptista Vercellensis, s. de Vercelli. Ob conatum in Papam Leonem X veneficium hujus jussu crudelissimo mortis genere mense Junio anni 1517 trucidatus est. Chirurgus ceteroquin excellentissimus, quem autem a veneficii suspicione liberare tentat Biographia medica piemontese, Torino 1824, vol. 1, p. 162 sqq.

*Adv. Effigies. Inscr. Baptista: Vercellensis: Medicinae: Parens.

Av. Tres mulieres, quarum media elatiori loco sedet, infantem gremio tenens, alterae stant. Inter eas literae M. V. C. V. L. M. inexplicabiles. Inscr. Languentium. Fides. Spes. Et. Caritas.

Num. $1^5/_6$ pollic. ectypon aeneum. Mazz. I, p. 113, tab. 23, n. 5. Rud. 673.

XIII. Leonardus da Vinci, natus in burgo florentino Vinci an. 1452, denatus prope Lutetiam Parisiorum d. 2. Maj. 1519. Pictor omnium fere temporum maximus, mathematicus et physicus egregius, rebus anatomicis maxime deditus, Marci Ant. della Torre amicus singularis fuit. Tabulae Vincianae anatomicae, quarum magnus numerus Londini servatur, Huntero summa laude dignae visae sunt. cfr. Blumenbach mediz. Bibl. III, p. 141 sqq.

*1. Adv. Effigies, capite velato. Inscr. Leonardus. Vincius. Florentinus.

Av. Penna et penicillum decussatim posita, supra eadem sertum. Inscr. Scribit. Quam. Suscitat. Artem. Exerg. 1669.

Num. bipollic. stanneum. Koehler, IX, p. 369. Mazz. I, p. 171, tab. 39, n. 2. (sine anni numero in exergo). Rud. 678. — *Idem Parisiis restitutum eo tantum a veteri specimine differt, quod sub effigie nomen incisoris: Herard F., habeat. Rud. 679. Depict. apud Kluyskeus, II, 519.

2. Adv. Effigies, infra quam: L. Cossa F. 1820. Inscr. Leonardo Da Vinci.

Av. Rami duo laurini hinc revincti, illinc patentes inscriptionem quasi amplexi: Vinci J Vagiti Primi — Gallo Monarca Gli Ultimi Respiri. — Cloux Le Mortali Spoglie. — A. A.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. Rud. 680.

*3. Adv. Effigies, capite nudo, sub qua: Putinati. Inscr. Leonardo Da Vinci.

Av. Nato Nel Castello Di Vinci Nel 1443. Morto A Fontainebleau Il 1518.

Num. egregium $1^2/_3$ pollic. aeneum. Rud. 681.

*4 Adv. Effigies, capite nudo, sub qua: Vivier F. Inscr. Leonardus Vincius.
Av. Natus An. 1452 In Castello Vinciensi Apud Florentiam. Obiit Fontebellaqueo An. 1520. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1825. Durand Edidit.
Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 682.

*5. Adv. Effigies, capite velato, infra quam: E. Rogat. Inscr. Lionardo Da Vinci.
Av. Natus An. 1452 In Castello Vinciensi Apud Florentiam. Obiit Fontebellaqueo An. 1509. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1825. Durand Edidit.
Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

6. Adv. Effigies, sub qua: Putinati. Inscr. Leonardo Da Vinci.
Av. Effigies. Inscr. Titiano Vecelli.
Num. $1^2/_3$ pollic. Adversae effigies eadem esse videtur ac illa num. 3; sed ibi nomen incisoris proximum effigiei, remotum autem in n. 6. Rud. 683.

7. Adv. Effigies, infra quam: Putinati F. Inscr. Carolus Augustus Magnus Dux Sax.
Av. Effigies duae; pone alteram: L Vincius, I. Bossius pone alteram. Infra: Saxonia Memor 1817. Perigr. Italia Salutata Monumentis Artium Conquisitis Patriaeque Donatis.
Num. praecedente minus. Rud. 684.

*8. Adv. Effigies, sub qua: L(uigi). M(anfredini). Inscr. Leonardus A Vinci.
Av. Coenaculum egregii viri.
Num. $^7/_{12}$ pollic. aeneum deauratum.

XIV. Johannes Petrus Bonavites, a loco natali (Mantua Corpetanorum) etiam Mantua dictus, medicus practicus Patavinus felicissimus, medici Petri Andreae Mantuae pariter celeberrimi pater; denatus an. 1520.

*1. Adv. Effigies. Inscr. Jo. Pet. Man. Bonavi. Medicus Pater.
Av. Templum gloriae. Inscr. Aeternitas Mant.
Num. $1^1/_4$ pollic. aeneum. Moehs. Meds. I, p. 281. Mazz. I, p. 163, tab. 36, n. 4. Rud. 85.

*2. Adv. prioris.
Av. Effigies. Inscr. Marcus Mant. Bonavit. Patavin. Jur. Con. (Filius Jo. Petri).

Num. ejusdem magnitudinis aeneum. Mazz. I, p. 377, tab. 84, n. 2. Utrumque Jo. Cavinei Patavini, incisoris celeberrimi, praestantissimum opus. Rud. 86.

XV. Johannes Baptista Confalonieri, medicus et philologus Veronensis, Patavii physicen docuit, denatus an. 1537. Tractatum de vini natura scripsit, cujus sententiae contradixit Fracastorius.

Adv. Effigies. Inscr. Jo. Baptista Confaloner. Ar. Et Med. Doc.

Av. Mulier naturam significans stans supra globum, in quo: I. T. Op. (Julii Turriani Opus). Inscr. superior: Sola Omnia. Inferior: Nec Concipit Orbis.

Num. fusum 2 pollic. Mazz. I, p. 205, tab. 45, n. 7. Moehs. Meds. I, p. 121. Rud. 139.

XVI. Antonius Thebaldaeus, Ferrariae natus an. 1463, denatus Romae an. 1537. Poëta, qui per aliquod tempus medicinam fecisse dicitur.

1. Adv. Effigies. Inscr. Antonius Tibaldaeus.

Av. Venus in concha monstro marino imposita natans, ad latera Tritones buccinantes, Cupidinesque supervolantes sertum ei imponunt.

Num. $2^3/_4$ pollic. Mazz. I, p. 183, tab. 41, n. 1. Rud. 650.

2. Adv. Effigies. Inscr. Antonꝯ Thebaldꝯ.

Av. Mulier alteram manum elevans, altera cornu copiae gerens. Exerg. ΕΛΠΙΖΕΙ.

Num. $1^1/_3$ pollic. Mazz. l. c. n. 2. Rud. 651.

XVII. Ludovicus B. Bonacciolus, medicus Ferrariensis, natus circa annum 1480, denatus versus annum 1540, aetatis anno 61. De partibus genitalibus mulierum et de foetus formatione scripsit.

Adv. Effigies barbata. Inscr. D. Nicolino Bonaccioli.

Av. Canis sedens stellam adspiciens.

Num. aeneum $2^1/_2$ pollic. in museo Baruffaldi esse indicat Jos. Mayr (monete e medaglie onorarie. Ferrara, 1843, 8. p. 105).

XVIII. Hieronymus Fracastorius, natus Veronae an. 1483, denatus prope Patavium d. 8. Aug. 1553; medicus et poëta

celeberrimus, praesertim propter poëma „Syphilis“ multoties editum clarus.

1. Adv. Caput nudum, capillo brevi, barba crispa lata. Inscr. Girolamo Fracastorio.
Toreuma 4 pollic. fusum egregium, cel. Jo. Cavinei Patavini opus. Cicognara, tab. 51. Rud. 228.

*2. Adv. Effigies. Inscr. Hieronymus Fracastorius.
Av. Ara accensa, sub qua serpens prorepit; ad illius latera hinc liber apertus et sphaera, illinc chalys et laurea. Inscr. Minervae, Apoll. Et Aesculap. Sacrum.
Num. $2^5/_{12}$ pollic. ferreum fusum. Maffei, T. II, p. 333. Koehler V, p. 177. Mazz. T. I, p. 281. tab. 61, n. 4. Rud. 229.

*3. Adv. Tres effigies. Inscr. Catullus. Mapheius. Fracastorius. Infra: 1806. Sub effigie Catulli: F(ranc.). P(utinati). In.
Av. Minerva, prope quam Historia sedet, juveni lauream porrigit. Inscr. Sertum Colenti. Infra: Dr. Dr.
Num. $1^7/_{12}$ pollic. Supplem. Hist. Metall. Napol. tab. 68, n. 440. Rud. 230.

XIX. Paulus Jovius, sermone vernaculo Paolo Giovio, natus Comi d. 19. Apr. 1483, denatus Florentiae d. 11. Decbr. 1552; medicus satis bonus, historicus non semper fide dignus, episcopus. Praeter alia huc non spectantia librum de piscibus romanis scripsit.

1. Adv. Effigies. Inscr. Paulus Jovius Comensis Episcopus Nucerinus. A. D. N. S. 1552.
Av. Paulus Jovius sinistra librum tenens, dextra virum e sepulcro attollit (ad aeternitatem viris celebribus in libro suo biographico impertitam alludens). Inscr. Nunc Denique Vives.
Num. $3^3/_4$ pollic. fusum. Mazz. I, p. 288, tab. 62, n. 2. Koehler, XII, p. 1. Mieris, II, p. 426. Rud. 346. — Aliud huc trahitur numisma, perperam ut mihi videtur, $1^1/_2$ pollic. fusum, mihi deauratum, cujus adversa Satyri (Jovii effigiei similis) effigiem sistit, aversa caput cirrorum loco priapis utens. Aversae imago in duobus numis a P. Aretini adversariis in ejus opprobrium percussis obvia, cum inscriptione. Mazz. I, p. 291, tab. 62, n. 3, et tab. 63, n. 5 et 8.

2. Adv. Effigies, capite nudo tonso, non barbata. Inscr. Paulus Jovius Eps. Nuceriae.

Num. $2^7/_{12}$ pollic. Litta fam. cel. fasc. VI.

XX. Johannes Franciscus Martinio, proprio idiomate Martinioni vocatus, medicus mediolanensis, qui anno 1542 quaedam Hippocratis capita commentatus est.

*Adv. Effigies. Inscr. Jo. Franc. Martinio Mediolan. Medicus.

Av. Effigies Aristotelis, in cujus mitra verbum: *φιλελλην.* Inscr. *Ἑλλαδος σωθεισης δωρον.*

Num. $1^7/_{12}$ pollic. ectypon aeneum. Mazz. I, p. 261, tab. 58, n. 1. Moehsen Meds. I, p. 113. Rud. 430.

XXI. Nicolaus Massa, Venetus, medicus et anatomicus seculi decimi sexti celeberrimus, qui 1569 obiit, quique primis de lue venerea sriptoribus adnumeratur.

Adv. Effigies. Inscr. literis incisis: Nicolaus Massa.

Num. unilaterale 2 pollic. fusum. Rud. 431.

XXII. Marcus Antonius Passerus, s. Passerinus, s. de Passeribus, medicus fuit, sed totus se philosophiae aristotelicae dedit; natus 1491, denatus an. 1563, aetatis anno 72.

1. Adv. Effigies. Inscr. M. Antonius Passerus Patavin.

Av. Homines duo a pelvi ad verticem connati, diversi ut videtur sexus, extremitatibus superioribus decussatis, alternis terram versus, alternis sursum directis, extremitatibus inferioribus secundum corporis situm sursum vel deorsum directis. Inscr. Philosophia Comite Regredimur.

Num. $1^1/_3$ pollic. Mazz. I, p. 322, tab. 69, n. 3. Rud. 501.

*2. Adv. Effigies. Inscr. M. Antonius Passerus Pat.

Av. Emblema prioris. Inscr. Philosophia Duce Regredimur.

Num. $1^1/_3$ pollic. aeneum. Mazz. l. c. n. 4. Rud. 502.

3. Adv. Effigies. Inscr. M. Antonius Passerus Patavin.

Av. Mulier stans supra anguem, manus ad solem attollens. Inscr. Super Aspidem.

Num. a Cl. Molineto (Le cabinet de la Bibliothèque de St. Géneviève, Paris, 1692. fol.) inter Cavinei numismata p. 92—118 recensita, n. 4, depictum sistitur. Rud. 503.

XXIII. Victor Trincavella, natus anno 1496 Venetiis, denatus an. 1568; medicus venetus felicissimus, professor medicinae practicae Patavinus. Vincentius viri celeb. frater fuit.

Adv. Effigies. Inscr. Victor Trincavellus.
Av. Effigies. Inscr. Frater Vincentius.
Num. 3 pollic. Hausch. 900. Rud. 665.

XXIV. Johannes Baptista Pigna, medicus, philosophus, historicus et poëta, denatus an. 1575, aetatis anno 72, professor Gymnasii Ferrariensis.

1. Adv. Effigies. Inscr. Jo. Baptistae Pignae.
Av. Pan coram Syringe in calamos commutari incipiente.
Num. $2^1/_3$ pollic. Mazz. 1, p. 273, tab. 59, n. 6. Rud. 515.

2. Adv. prioris.
Av. Pastor mulieri oleae ramum gestanti se gregem servaturum pollicetur. Inscr. Servabo.
Num. ejusdem magnitudinis. Mazz. l. c. tab. 60, n. 1. Rud. 516. Recte, ut videtur, editor thesauri Mazzuchelliani suspicatur, aversam mutuam sumptam esse a numismate in honorem episcopi Franc. Pallavicini cusso, quod tab. 90, n. 1. depingitur.

XXV. Hieronymus Cardanus, natus Ticini d. 24. Septbr. 1501, denatus Romae d. 21. Septbr. 1576; medicus doctissimus, ingeniosissimus, sed simul fanaticus sibique inconstantissimus.

1. Adv. Effigies, capite operto. Inscr. Hier. Cardanus. Aetatis An. 43.
Num. unilaterale 2pollic. Mazz. I, p. 360, tab. 80, n. 3. Tomasini, p. 54, qui et aversam insequentis numi praebet. Rud. 119.

*2. Adv. Effigies, capite nudo. Inscr. Hier. Cardanus. Aetatis An. 49.
Av. Turba hominum omnis generis et aetatis montem enititur, in cujus acumine aedes. Exerg. Ονειρον.
Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum, cujus emblema ad Cardani somnium gloriam sibi initiaturum alludit. Mazz. l. c. n. 4. Rud. 120.

XXVI. Galeottus Marzius, natus ineunte seculo decimo quinto, a tribunali ecclesiastico in carcerem inclusus, a Sixto V vero liberatus, Pisis et Bononiae rhetoricen docuit, postea in Hungariam se contulit. Scripsit librum „de homine externo et interno“. De morte fabulae narrantur, quas

Tiraboschi (storia della literatura italiana, VI, p. 380 sqq. edit. Florent. 1806) refutavit.

Adv. Effigies. Inscr. Galeottus Martius Poeta Clars. Mathematicus Et Orator.

Av. Scrinium, in quo horologium arenarium et libri, quodque inscriptione circumdatur: Superata Tellus Sidera Donat. Perigr. Nascentes. Morimur. Finis. Q. Ab Origine Pendet.

Num. 4 pollic. Mazz. I, p. 131, tab. 28, n. 1. Aliud specimen in numotheca regia Berolini vidi, quod eo solum a praecedente differt, quod in adversa caput laureatum sistatur, et magnitudine tres pollices non superet.

XXVII. Petrus Andreas Matthiolus, natus d. 23. Mart. 1500, denatus 1577, Senensis, Dioscoridis commentator laudatissimus.

*Adv. Effigies, sub qua: 1565. Inscr. Petri Andreae Matthioli Effigies.

Av. Annulus, per quem bipennis et fax accensa decussatim ductae; circa haec fascia, cui verba inscripta sunt: Che Ne Foco Ne Ferro A Virtu Nuoce.

Ectypon plumbeum adversae, $1^1/_2$ pollic. Oberthür p. 83, n. 355. Rud. 433.

XXVIII. Thomas Rangoni, proprio nomine Tomaso Gianozzi vocatus, a comite Guidone Rangone gratitudine commotus nomen sumsit; Philologus Ravennas etiam dictus. Munus medicinam docendi Patavii suscepit, medicus practicus eo, quo vixit, tempore celeberrimus; natus 1493, obiit 1577.

*1. Adv. Effigies. Inscr. Thomas. Philologus. Ravennas.

Av. Deus in nubibus brachia extendit super mulierem bovi sertum imponentem. Inscr. Virtute Parta Deo Et Labore.

Num. 2 pollic. aeneum egregium. Mazz. I, p. 301, tab. 65, n. 3. Rud. 543.

2. Adv. nonnisi inscriptionem continens: Thomas Philologus Ravennas Phisicus Ere Proprio Construi Fecit Anno 1554.

Av. Ducatus Incliti Princip. Venetorum Laurentii Prioli B̄n̄me. Anno I.

Num. $1^3/_{12}$ pollic. in Museo regio Berolin. vidi. — Aliam aversae inscriptionem dat Mazz. l. c. n. 4., quae loco

ducis Prioli ducem M. Ant. Trevisanum habet, Rud. 544. Tertiam denique memorat Ginanni (Scrittori Ravenn. Faenza, 1769, II, 232) nomen Franc. Venerii ferentem.

*3. Adv. Effigies, pone quam: 1562. Inscr. Thom. Philol. Raven. Phys. Eq. Guard. D. Mar. Mag.

Av. Aquila Herculem Junonis super cubile stellatum stratae mammis admovet. Infra tria lilia totidemque aves. Inscr. A. Jove. Et. Sorore. Genita.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollic. aeneum. Mazz. l. c. n. 5. Rud. 545.

*4. Adv. Effigies. Inscr. Thomas. Philologus. Ravennas.

Av. praecedentis.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollic. aeneum. Mazz. l. c. n. 6. Rud. 546.

5. Adv. Effigies. Inscr. Thomas Philologg Rav.

Av. Infans stans supra globum. Inscr. Dominus Dabit.

Num. $\frac{5}{6}$ pollic. in museo regio Berol. vidi, quod apud Mazz. l. c. n. 7 vitiose depictum est. Rud. 547.

*6. Adv. Effigies. Inscr. Thomas Rangonus Raven.

Av. Apollo sedens leoni sertum imponit. Inscr. Leo Imperat Sol Et Apollo.

Num. $\frac{2}{3}$ pollic. aeneum. — Numismata in Rangoni memoriam percussa ab artificibus Matthaeo della Fede et Alexandro Victorio, secundum Rangoni testamentum, ex auro, argento et aere facta esse refert Ginanni, l. c.

XXIX. Carolus Cortesius, medicus plane ignotus.

Adv. Effigies. Inscr. Carolus Cortesius. D. Med. Aet. 31. 3. Febr. 89.

Iconisma $1\frac{1}{2}$ pollic. unilaterale, argento fusum, olim Moehsenianum, Rudolphi in museo regio Berol. vidit, me fugit. Rud. 144.

XXX. Octavianus Ferrari, natus d. 23. Septbr. 1518, denatus 1586, medicus et philosophus.

Adv. Effigies. Inscr. Octavian. Hieron(ymi). Fil(ius). Mediol.

Av. Effigies Aristotelis. Inscr. Virtutes Hujus Amavi.

Num. $1\frac{1}{2}$ pollic. Mazz. I, p. 393, tab. 89, n. 3. Rud. 215.

XXXI. Dominicus de Leoni, ab anno 1559 ad annum 1588 professor medicinae Bononiensis.

Adv. Effigies, cujus pone caput stella sistitur. Inscr. Dominicus De Leonibus.

Av. Hydria basi imposita. Inscr. XIC Est Vasus Amoris.
Num. $1^1/_2$ pollic. Mazz. I, p. 422. tab. 95, n. 3. Rud. 393.

XXXII. Albertus Bottonus, medicus Patavinus, denatus d. 1. Decbr. 1596, practicus felicissimus.

Adv. Effigies. Inscr. Albertin. Bottonus. Theor. Med. Lec. Pat.
Av. Aedes. Exerg. 1591.
Num. fusum $1^{11}/_{12}$ pollic. Moehsen fieri fecit, verisimiliter ad archetypum, cujus aversa apud Tomasinum p. 150 exstat, rudissime vero et anni numero addito. Rud. 90.

XXXIII. Petrus Manna, Cremonensis; patri Kataldo Mannae, medico, ut et fratri anno 1545 monumentum posuit, quo igitur anno adhuc vixit.

*1. Adv. Effigies. Inscr. Petrus Manna Medicus Cremon.
Av. Duo senes sedentes, quorum alter librum tenet, alter sinistra cor praeparatum, dextra pedis venam demonstrare videtur. Post velum ex parte remotum Phoebus currum agens conspicitur.
Num. $1^1/_2$ pollic. stanneum. Mazz. I, p. 387, tab. 87, n. 4. Rud. 421.

*2. Adv. Effigies. Inscr. Petrus Manna Medicus Cremonensis.
Av. Vir sub arbore humo sedens attonitus coelum versus visum dirigit, ubi Jupiter aquila vectus fulgura in eum jaculari videtur. Inscr. Ne Diis Aequaretur.
Num. $1^3/_4$ pollic. aeneum deauratum egregium.

XXXIV. Apollonius Menabeni, Mediolanensis, medicus, naturae scrutator et poëta, sub finem seculi decimi sexti.

*Adv. Effigies. Inscr. Apollonius Menabenus Doct. Physicus.
Av. Vir pedem leonis, forsan vulneratum, examinando attrectat. Inscr. Cum Exultatione Metet. 1591.
Num. $1^3/_4$ pollic. ectypon plumbeum unilaterale. Mazz. I, p. 414, tab. 93, n. 4. In numophylaceo regio Berol. specimen argenteum unilaterale vidi, quod cel. Bolzenthal, numothecae hujus meritissimus conservator, Ant. Abondii opus esse contendit. Rud. 446.

XXXV. Josephus Rubeus, s. proprie Rossi, philosophus et medicus neapolitanus, qui anno 1585 discursum de annis climactericis lingua vernacula edidit. (Haller bibl. med. pract. II, p. 261.)

*Adv. Effigies, pone quam: P(etr.). P(aul.). R(omanus). Inscr. Joseph. Rubeus. Aetatis Annor. XXII.

Av. Duae columbae volantes ramum plantae imponere conantur. Inscr. Utinam.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. aeneum, P. P. Galeotti opus.

XXXVI. Ulysses Aldrovandus, naturae scrutator ardentissimus, meritissimus Bononiensis, natus d. 11. Septbr. 1522, denatus d. 10. Novbr. 1607.

1. Adv. Effigies a dextra. Inscr. Ulysses Aldrovandus Phi. Bono.
Num. unilaterale $1^{2}/_{3}$ pollic. Mazz. I, p. 441, tab. 98, n. 9. Rud. 5.

2. Adv. Effigies a dextra, sub qua: T. R. Inscr. Ulysses Aldrovand^{s} Phi. Ac Med.
Num. unilaterale $1^{1}/_{2}$ pollic. aeneum in museo regio Berol. vidi.

*3. Adv. Effigies, sub qua: Peuvrier F. Inscr. Ulysses Aldrovandus.
Av. Natus Bononiae In Italia An. 1527. Obiit 1605. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1823. Durand Edidit.
Num. $1^{1}/_{2}$ pollic. aeneum. Rud. 6.

*4. Adv. prioris.
Av. Né à Bologne En 1527. Mort En 1576. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1818. Durand Edidit.
Num. $1^{1}/_{2}$ pollic. aeneum.

XXXVII. Johannes Baptista Porta, natus Neapoli an. 1545, denatus urbe patria d. 4. Febr. 1615. Auctor magiae naturalis, physiognomices, et polyhistor, sed maxime vana admittens, sana critice omnino destitutus; Lynceorum membrum, societatis secretorum institutor.

*Adv. Effigies. Inscr. Joan. Bapt. Porta. Lynceus. Neapol.
Av. Mulier nuda in vertice flammam, in dextra globum gerens, ante portam apertam. Inscr. Natura Reclusa.
Num. $1^{1}/_{3}$ pollic. ectypon aeneum. Mazz. I, p. 445, tab. 99, n. 6. Rud. 523.

XXXVIII. Hieronymus Fabricius ab Aquapendente, natus 1537 Aquis pendentibus in agro romano, denatus an. 1619 d. 21. Maj. Patavii, in qua urbe ex anno 1565 professor; summus anatomicus et chirurgus.

Adv. Effigies. Inscr. Hier. Fabricius Ab Aquapen. Eq. Et Med.
Av. Hygiea et Aesculapius. Inscr. Anatomicus Patavinus. Exerg. Secundum Divos.
Num. $1^2/_3$ pollic. Vide sic depictam aversam apud Tomasinum p. 320, ubi Annib. Tossati opus esse refertur. Valde rude Moehsenius hocce numisma restitui fecit, aversae exergo verba addendo: A. Tossati Op. Tale specimen in numophylaceo regio Berolin. exstat. Nomen incisoris nullibi nisi apud Tomasinum occurrit. Rud. 205.

XXXIX. Paulus Sarpi, natus Venetiis d. 14. Aug. 1552, ibidemque mortuus d. 14. Jan. 1623. Monachus Servita, anatomiae peritissimus, quare passim valvularum venosarum et imo sanguinis circuli inventor perperam perhibetur. cfr. Flourens hist. de la decouverte de la circulat. du sang. Par. 854. p. 24 sqq. et p. 111 seq.

1. Adv. Effigies. Inscr. Paulus Sarpius.
Av. Doctor gentium.
Num. $1^5/_{12}$ pollic. Koehler, XXI, p. 25. Mazz. I, p. 438, tab. 98, n. 6. Rud. 591.

2. Adv. Effigies. Inscr. Paulus Servita Sereniss. Reipb. Venetae Theologus etc.
Num. unilaterale ovale $1^1/_4$ pollic. latum, $1^1/_2$ pollic. longum; Mazz. l. c. n. 7. Rud. 592.

XL. Ferdinand. Salandus, natus prope Bergamum an. 1561, denatus an. 1630, eodem quo pater Josephus plus quam centenarius obiit, qui pariter medicus, filio celebrior, fuit.
Adv. Effigies. Inscr. liter. incis.: Ferdinando Salanco (sic) Medico.
Av. valde rudis. Mensa, cui liber impositus est.
Num. $1^3/_4$ pollic. Rud. 589.

XLI. Fridericus Caesius, nomine proprio italico Cesi, natus Romae an. 1585, denatus an. 1630 d. 1. Aug. Aetatis anno decimo octavo Lynceorum academiam studiis mathematicis et physicis destinatam instituit. cfr. Litta fam. celebr. Fasc. VII.

1. Adv. Effigies. Inscr. Fed. Caesius Lync(eorum). Princ(eps). Et Inst(itutor). P(rinceps) I S(ancti). A(ngeli). S(ancti). P(oli). M(archio). II. M(ontis). Cael(i). B(aro).

Av. Insignia societatis, id est sertum, in quo lynx. Inscr. Lynceis Institutis.

Num. $1^1/_6$ pollic. Mazz. I, p. 334, tab. 72, n. 6. Litta, l. c. n. 2. Rud. 110.

*2. Adv. Effigies. Inscr. prioris. Post literam B in hoc et sequenti nummo litera R sequitur.

Av. Pallas cui lynx et ulula adstant. Inscr. Caesia Pallas.

Num. $1^2/_3$ pollic. aeneum. Mazz. l. c. n. 7. Litta, l. c. n. 1. Rud. 111.

*3. Adv. eadem ac prioris.

Av. eadem ac prioris, absente lynce.

Num. $1^3/_{12}$ pollic. aeneum. Litta, l. c. n. 3. Rud. 112.

XLII. Ludovicus Septalius, s. Settala, natus Mediolani d. 27. Febr. 1552, denatus d. 12. Septbr. 1633, medicus celeberrimus.

Adv. Effigies. Inscr. Ludovicus Septalius Regius Archiater Stat. Mediol.

Av. Sol, lunae imminens, quorum radii in vas plenum aquae incidunt. Inscr. Ante Oculos, Interque Manus.

Num. descriptum in Museo Septaliano p. 236, n. 78. Rud. 609.

XLIII. Sanctorius Santorius, natus an. 1561, denatus d. 24. Febr. 1636; professor medicinae practicae Patavinus, de transpiratione cutanea experimenta publici juris fecit.

Adv. Effigies. Inscr. Sanctorius Sanctor. In Gymn. Pat. Primar. Prof. Aet. Suae. An. 74. Obiit 1636.

Av. Libra, in cujus altera lance pondera, in altera homo nudus. Inscr. Ponderibus Librata Salus. Exerg. Cl. Viro Consanguin. Suo Sanctorius Sanctor. Decemvirum Venet. A Secret. Cudi F. An. 1765.

Num. 3 pollic. fusum vidi in museo regio Berolin.

XLIV. Galileus de Galileis, Pisis natus d. 18. Febr. 1564, denatus d. 8. Jan. 1642; mathematicorum et physicorum heros celeberrimus, Archimedes Italorum dictus.

*1. Adv. Effigies, infra quam: A. S(elvi). Inscr. Galileus. Galilei. Patr. Flor. Mathem. Celeb.

Av. Emblemata ad viri cel. inventa astronomica spectantia.

Num. $3^1/_4$ pollic. aeneum, Cosmi II jussu factum. Mazz. II, p. 29, tab. 107, n. 1. Rud. 242.

2. Adv. Effigies. Inscr. Galileus. Lynceus. Infra: Aetat. 50.
Av. Instrumenta ad inventa sua facientia. Inscr. Naturamque Novat. Exerg. Memoriae Optimi Praeceptoris Vinc: Vivianus.
Num. $2^3/_4$ pollic. Mazz. l. c. n. 2. Rud. 243.

*3. Adv. Effigies. Inscr. Galileus. De. Galileis. Florentinus.
Av. Solum nomen: Archimedes.
Num. $2^1/_4$ pollic. aeneum. Mazz. l. c. n. 3. Rud. 244.

*4. Adv. prioris.
Av. Mulier nuda sedens, cujus capiti genius alatus post eam stans coronam impositurus est, ad coelum spectat, ubi numen apparet. Ad mulieris pedes homo satyri specie indutus subsidet. Inscr. Veritas Odium Parit.
Num. $2^1/_{12}$ pollic. aeneum, spurium puto, cum aversam in numo ob Petrum Aretinum facto possideam.

*5. Adv. Effigies, infra quam: Gayrard F. Inscr. Galilaeus Galilaei.
Av. Natus Pisis In Italia An. 1564. Obiit An. 1642. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1818. Durand Edidit.
Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 245.

6. Adv. Effigies, infra quam: Cinganelli F. 1827. Inscr. Galileo Galilei. Infra: Telescopium exhibetur.
Av. Arnus fluvius sedens undasque emittens, dextram ad Jovis sidus ejusque satellites a Galileo detectos elevans. Inscr. Che Luce E Questa E Qual Nova Beltate.
Num. valde egregium $2^1/_2$ pollic. Rud. 246.

7. Adv. Effigies, sub qua: P. Cinganelli F. Infra: Telescopium exhibetur. Inscr. Galileo Galilei.
Av. Templum, baptisterium et turris Pisana. Infra: Nideroest F. Inscr. A Onore Di Galileo Pisa Memore Del Primo Consesso Dei Naturalisti Italiani Auspice Leopoldo II Ottobre 1839.
Num. 2 pollic. in collectione cel. Rüppell, qui descriptionem mecum communicavit; rarissimum propter raptum pistillum paucis tantum percussis speciminibus.

*8. Adv. Effigies, sub qua: Nic. Cerbara. F. Inscr. Galileus Galilei.

Av. Serta laurina, terminata per coronam stellarum duplicem, verba includentia: Conditori. Disciplinae. Ad. Leges. Motus. Et. Astror. Certo. Cognoscendas.

*Num. $1^2/_3$ pollic. aeneum egregium.

*9. Adv. Effigies, infra quam: L(uigi). M(anfredini). Inscr. Galileus Galilei.

Av. Terrae globus, quem sol irradiat. Inscr. Volvitur.

Num. $^7/_{12}$ pollic. aeneum deauratum.

10. Adv. Effigies. Inscr. Petrus Galile.

Av. Inscr. sine effigie: Nero. Caesar. Aug.

Num. $^5/_6$ pollic. argenteum in museo regio Berol. vidi, ex collectione cel. Rudolphi, qui de Parisiis edoctus fuit, numum hunc satyricum abjurationem Galilei spectare, et nomine Neronis Papam Urbanum VIII indicari.

XLV. Petrus Gassendi, natus d. 22. Jan. 1592, denatus d. 24. Octob. 1655; physicus celeber, plura etiam anatomica et physiologica scripsit.

*1. Adv. Effigies, ante quam: I. D(assier). Inscr. Pierre Gassendi.

Av. Monumentum cum instrumentis astronomicis. Inscr. Philosophe. M. 1653.

Num. pollic. aeneum. Mazz. II, p. 47, tab. 110, n. 7. Rud. 257.

*2. Adv. prioris.

Av. Monumentum, cui duo genii adstant. Inscr. Philosophe. M. 1653.

Num. pollic. aeneum.

*3. Adv. Effigies, infra quam: Vatinelle. Inscr. Pierre Gassendi.

Av. Né A Chantersier Près Digne En 1598. Mort En 1656. — Galérie Métallique Des Grands Hommes Français. 1818.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 258. — Numus a Rudolphio sub n. 259 commemoratus huc non pertinet, sed ad presbyterum quendam ecclesiae Dinensis.

XLVI. Fortunius Licetus, natus d. 3. Octbr. 1577, denatus Patavii d. 17. Maj. 1657. Pisis, Bononiae et Patavii medicinam et philosophiam docuit, eruditus sed nimis credulus, quo scriptis ejus numerosis facile carere possimus.

*Adv. Effigies a facie. Inscr. Fortunius Licetus Med. Et Pr. Prim. Pat. (literis incisis).

Av. Mercurius Faunum persecutus. Inscr. Fortasse Licebit. Num. $1^4/_{12}$ pollic. argenteum egregium. Rud. 395.

XLVII. Manfredus Septalius, s. Settala, natus an. 1601, denatus an. 1680; philosophus, mathematicus, physicus, museum collegit, cujus descriptionem latine edidit Dertonae 1664, italice auctius 1677.

Adv. Effigies, sub qua: C. F. 1677. Inscr. Manfredus Septalius Mediolanensis Aetatis Annor. 77.

Av. Planetarium, cui Famae tuba longissima incumbit. Inscr. Percurrit Utrumque.

Num. $3^1/_2$ pollic. Mazz. II, p. 127, tab. 129, n. 1. Rud. 610.

XLVIII. Jacobus Franciscus Arpinus, archiater Mauritii ducis Sabaudiae, denatus an. 1684; scripsit de epidemia anni 1654. In ludis jaculatoriis cum iterum regulus factus esset, anno 1659 numisma in ejus honorem cusum.

Adv. Effigies. Inscr. Jac. Fran. Arpinus. D. Med. Ser. Prin. Sab. 1659.

Av. Discus ansatus lemnisco lato adhaerens. Inscr. Omnibus Non Omnibus.

Num. $2^1/_3$ pollic. aeneum in museo regio Berol. vidi. cfr. Biografia medica Piemontese. Torino, 1824. I, 312.

XLIX. Hieronymus Gastaldus, Tabiae natus circa annum 1616, cum anno 1685 vitae suae anno 69 obierit. Ecclesiasticus, tandem cardinalis, tractatum de profliganda peste scripsit, ab Hallero spissum et nobile opus nuncupatum, deque lue debellanda fortissime egit.

Adv. Effigies. Inscr. Hieronymus S. R. E. Presb. Cardin. Gastaldus.

Av. Insignia. Inscr. Fundavit. Anno. 1685.

Num. $2^1/_2$ pollic. depict. in Mazz. II, p. 139, tab. 132, n. 3.

L. Marcellus Malpighius, natus Crepicordii Bononiensium d. 10. Mart. 1628, denatus Romae d. 29. Novbr. 1694; naturae scrutator egregius, de anatomia comparata, tam vegetabili quam animali, deque physiologia optime meritus.

*1. Adv. Effigies, infra quam: Aet. Ann. 63. Inscr. Marcellus. Malpighius. Phil. Et. Med. Bon.

Av. Mulier supra cubum (cui verba: Stat Solido, duabus li-

neis incisa sunt) cubans plantas sollerter examinat. Inscr. Tutissimo Lumine Exhibito. Exerg. Bonon.

CCLXXXII. Johannes Crato a Kraftheim, natus d. 22. Novbr. 1519, denatus d. 19. Octob. 1585; vir doctissimus, trium imperatorum sibi succedentium archiater. cfr. Crato v. Kraftheim's Leben und aerztliches Wirken, von Dr. A. W. E. Th. Henschel, in: Denkschrift zur Feier ihres 50jährigen Bestehens herausgegeb. von der schles. Gesellsch. für vaterl. Cultur. Bresl. 1853. 4. pag. 83—142.

*1. Adv. Effigies. Inscr. Maximilian. II. Rom. Imp. Sem. Aug. Ger. Hun. Boh. Rex.
Av. Effigies. Inscr. Jo. Crato. A. Craftheim. Cons. Et. Med. C(aesar.).
Num. $1^1/_4$ pollic. ectypon plumbeum fusum mihi est, in quo autem verbum „Imp." deest. Kundm. Siles. p. 389, tab. 28, n. 85. Boehm. Med. n. 212. Rud. 148.

*2. Adv. Effigies, sine inscript. Exerg. Aetas A. XXX.
Av. Insignia. Inscr. Johan Crato: Art: Et: Med: Doct. Confide: Recte: Agens. An. LI.
Num. ovale $1^1/_4$ et $1^1/_2$ pollic. plumbeum ectypon. Kundm. l. c. n. 86. Boehm. Med. n. 209. Rud. 149.

*3. Adv. Effigies. Inscr. Jo. Crato A Craftheim. Cons. Et. Med. Caes.
Av. Simson leonis fauces divellens. Inscr. Irae Modereris Et Ori.
Num. ovale 1 et $1^1/_6$ pollic. plumbeum ectypon. Jos. Bergmann, eruditissimus numophylacei Caes. Vindob. custos, opinatur, hoc numisma Ant. Abondii opus esse. (Wiener Jahrbücher d. Liter. 1845. Anzeigebl. p. 24. B.) Kundm. l. c. n. 87. Mazz. I, p. 422, tab. 95, n. 5. Boehm. Med. n. 211. Rud. 150.

4. Adv. Effigies. Inscr. Joannes Crato Phil. Et Med. D.
Av. Mulier sedens sursum spectans. Inscr. a dextra: Fide Deo Fac Recta; a sinistra: *οι εχει Θεος ενδικον ομμα.*

Num. ovale pollic. Kundm. l. c. tab. 29, n. 88. Mazz. l. c. n. 4. Boehm. Med. n. 210. Rud. 151.

Nota. Godofr. Benj. Preuss (in Append. ad Ephem. N. C. Cent. V et VI in diss. epistolari ad rem numismaticam medicorum pertinentia quaedam exhibente, ubi etiam iconem numi tertii sistit) quintum nummum majoris moduli „praemium a divo Maximiliano II Cratoni medico suo probato a. 1574 oblatum" obiter refert, cujus ectypon Lochnerus secum communicaverit. Cfr. Jo. Fr. Heckelius: nummus aureus, quem Maximilianus II Imp. Jo. Cratonis a Krafftheim medici sui honoribus 1574 cudi jussit, isque per epistolam latinam examinatus. Jen. 1695. 4. Quaeritur, num hic nummus idem ac primus nostrae seriei sit?

CCLXXXIII. Thomas Jordanus, natus Clausburgi in Transsylvania an. 1539, denatus Brunnae in Moravia an. 1585; multum meritus de omni medicinae genere, praesertim de aquis medicatis.

Adv. Effigies, sub qua: An(ton.). Ab(ondio). Inscr. Thomas Jordanus Medicus Aet. XXXI.

Av. Inter aedium rudera scorpio, cujus cauda dissecta. Inscr. Novissima Virus.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollic. Bergm. II, p. 109, tab. 18, n. 86.

CCLXXXIV. Matthaeus Flaccus, s. Fleck, Zwickaviae natus 1524, doctor promotus an. 1557, denatus Berolini 1592; de peste aliisque rebus medicis scripsit, theologica suppressa sunt; primus medicus publicus Berolinensis.

1. Adv. Effigies. Inscr. Matth. Flaccus. M. D. Aetat. 36.

Av. Effigies. Inscr. Regina Schirmerin M(atth.). F(lacci). M(ed.). D(octo.is). Uxor. Aet. 24. An. 60.

Num. fusum $\frac{2}{3}$ pollic. aureum Moehsenius possedit. Moehsen in: Berlin. Biblioth. I, p. 11—23. Meds. II, p. 567, tab. 3, n. 1. Gohlii fragment. in Act. Berolin. Dec. II, vol. 8, p. 3—7. Rud. 219.

*2. Adv. Effigies, sub qua: Aet. 33. Inscr. Matthaeus Flaccus M. Physicus Ber.

Av. Insignia. Inscr. Virtus Mortis Nescia. An. Salu. Huma. 1556.

Num. pollicem superans argenteum. Rud. 220.

CCLXXXV. Paulus Lutherus, immortalis nostri reformatoris filius, natus Wittebergiae d. 28. Jan. 1533, denatus Lipsiae d. 8. Mart. 1593; professor medicinae Jenensis, posthac archiater Vinariensis, tum Berolinensis, postremo Dresdensis.

Adv. Effigies patris. Inscr. D. Martinus Luther. Aet. 60.

Av. Effigies filii. Inscr. P(aul.). L(uther). D. M. Aeta. 42. An° 1574.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum. Juncker p. 255. v. Mieris III, p. 132, n. 5. Moehs. Meds. II, tab. 1, n. 1. Rud. 414.

CCLXXXVI. Sebastianus Zaeh, medicus Augustanus, natus anno 1527.

Adv. Effigies. Inscr. Sebastian. Zaeh. Anno Aet. 45. 1572.

Av. Personae duae, quarum una alteri vas porrigit. Inscr. Respice Finem.

Num. $1^{10}/_{12}$ pollic. describit Kluyskens II, p. 627.

CCLXXXVII. Georgius Laub, medicus Augustanus, natus 1554, denatus 1597.

*Adv. Effigies. Inscr. Georgius Laub. Aug. Ph. Et Med. Doctor. Aetat. Su. 34. An. 1587.

Av. Palma, quam vir frustra prosternere conatur. Inscr. Vim Vincit Virtus.

Num. ovale $1^2/_3$ pollic. stanneum. Rud. 376.

CCLXXXVIII. Joachimus Camerarius, natus Norimbergae d. 6. Novb. 1534, denatus ibidem d. 11. Octb. 1598; Joachimi filius, vir eximius, medicus, chemicus, praesertim vero botanicus.

*1. Adv. Effigies, sub qua: Werner F. Inscr. Joach. Joach. F. Camerarius Patr. Nor. M. D. Coll. M. Conditor Et Decan. Perp.

Av. Sertum, in quo verba: Collegium Medicum Norimbergense Duo Secula Feliciter Perstans Die 27 Maji 1792.

Num. $1^5/_6$ pollic. stanneum. Rud. 115.

2. Adv. Effigies a dextra. Inscr. Qui Quasi Putredo Consumendus Sum.

Num. unilaterale ovale $1^3/_4$ pollices altum plumbeum in museo regio Berolin. vidi.

3. Adv. Effigies prioris, sub qua: M(atth.). C(arl). Inscr. Ego: Qui Quasi Putredo Consumendus Sum.
Av. Tria decussatim posita ossa femoris, ex quibus spicae et flores progerminant. Inscr. areae: Altera Spes Vitae· Inscr. marginal.: Et Cum Te Consumptum Putaveris, Orieris Ut Lucifer. Exerg. 1562.
Num. ovale $1^1/_3$ et $1^2/_3$ pollic. aeneum in museo regio Berolin. vidi. Num. praecedens (2) nil nisi specimen ex forma fundendi adhuc imperfecta desumptum mihi videtur.

4. Adv. Effigies a dextra. Inscr. Joachimus Camerarius D. Anno Aeta. 54.
Av. Inscr. literis incisis: Annae Mariae Patr. Frid. Dorvilio Matr. Mar. Modesta Cameraria Natae Kal. Jan. St. N. Post Hor. XI Antem. A. C. M. DC. XXXI Hagae-Bat. Ludovicus Joach. F. Joach. N. Camerarius J. C. Mem. Ca(us)a D. D.
Num. bipollic. argenteum in museo regio Berolin. vidi.

CCLXXXIX. Adam Huber, medicus Pragensis, natus d. 3. Mart. 1546, denatus d. 23. Juni 1613; quique scholam Salernitanam et Matthioli et Camerarii herbaria in linguam bohemicam transtulit.
Adv. Effigies, sub cujus brachio: A° 1580. Inscr. Adam. Huber. Mezeric. Phiae. Et. Medic. Doctor.
Av. Inscr. incisa: *TH APETH TIMH*. Prage. 1601.
Num. $1^1/_4$ pollic. depictum in: Boehm. Med. tab. 18. n. 145.

CCXC. Johannes Oberndorffer, medicus et archiater bavaricus, qui adhuc anno 1621 vixit.
Adv. Effigies, infra quam: 1597. Inscr. Johannes: Oberndorfer: Doctor. P. P.
Num. unilaterale $1^1/_2$ pollic. Beierlein II, n. 8, tab. 1, n. 10.

CCXCI. Salomon Alberti, professor Wittenbergensis, posthac archiater Dresdensis, de medicina practica optime meritus, ut et de anatomia; natus Naumburgi an. 1540, denatus d. 29. Mart. 1600 Dresdae.

*1. Adv. Effigies. Inscr. Salomonis Alberti Doc. Chu. S. Leibartzts Aeta. 56.
Av. Effigies uxoris. Inscr. Ursula Beurin D. Salomo: Alberti Uxor. Aeta. 49. 1593 (literis incisis).

Num. $1^1/_4$ pollic. argenteum egregium fusum. Moehs. Meds. I, p. 25, secundum quem Tobiae Wost opus. Rud. 4.

2. Adv. Effigies. Inscr. Salomon Albertus Doct. Churf. Sächs. Leibarzt.

Num. unilaterale a Kundmann Gel. n. 10 et ex catalogo Dresdensi a Moehsen Meds. I, p. 30 commemoratum. Rud. p. 173, n. 4 b.

CCXCII. Tycho Brahe, Comes, natus d. 14. Decbr. 1546, fere puer astronomiae summo fervore se dedit, eamque totam per vitam coluit et auxit. Friderico II Daniae rege, suique et scientiarum summo promotore, speculam astronomicam, Uranienborg dictam, in insula Hoen vere regiam exstruxit, cujus vestigia vix ulla supersunt; rege mortuo patriam reliquit, a Rudolpho II imperatore magnifice exceptus brevi post d. 24. Octob. 1601 Pragae obiit.

*1. Adv. Effigies.

Av. Uranienburg. Inscr. Redeunt QuaePeriere Prius. Exerg. Restitui.

Num. ovale plumbo fusum. Rud. 99.

*2. Adv. Effigies. Inscr. Effigies: Tychonis: Brahe: O(ttonis): F(ilii): Aetatis: 49.

Av. Insignia. Inscr. Esse: Potius T B O Quam: Haberi: 1595.

Num. $1^1/_4$ pollic. aeneum; delineatum in: Danske Med. Christ. IV. tab. 34, n. 3. cfr. Danske Magazin II, fasc. 18. Rud. 100.

3. Adv. Effigies. Inscr. Effigies: Tychonis: Brahe: O: F: A D: 1595. Aet. 49.

Av. Insignia. Inscr. Arma: Genus: Fundi: Pereunt: Durabile: Virtus: Et: Doctrina: Decus: Nobilitatis: Habent.

Num. $1^1/_2$ pollic. depictum in: Boehm. Med. n. 17.

*4. Adv. Effigies, sub qua: Rogat F. Inscr. Tycho Brahe.

Av. Né En Scanie En 1546. Mort En 1601.—1821.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

*5. Adv. praecedentis.

Av. Natus Elsenburghi In Scania An. 1545. Obiit An. 1601. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1825. Durand Edidit.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum. Alterum mihi est specimen hujus numi, quod solummodo calami, ut ita dicam, lapsu a praecedente differt, quum nomen „Tycho„ cum litera i scriptum sit.

CCXCIII. Adolphus Occo III, Adolphi (filii adoptivi Adolphi I) filius, Adolphi nepos, natus Augustae Vindelicorum d. 17. Octob. 1524, denatus d. 27. Septb. 1606; medicus, literator et numismaticus celeberrimus.

*1. Adv. Effigies. Inscr. Adolphus Occo A. F. A. N. Med. R. P. Aug. Aet. 82.

Av. Insignia. Inscr. Vita Mihi Christus Mors Erit Ipsa Lucrum.

Num. $1^2/_3$ pollic., cujus ectypon plumbeum mihi est, depictum a Gohlio in Act. med. Berol. Dec. II, vol. 8, a Bruckero, qui de hoc et insequente numismate pag. 50, nota r, egit et a Koehlero VIII, p. 369. Rud. 487.

2. Adv. Effigies. Inscr. Adolphus Occo. A. F. A. N. Med. R. P. Aug. Aet. 50.

Av. Insignia. Inscr. Virtutes Praemiis Decorantur. Hypogr. Maximil. II. Imp. P. F. Aug. Munus.

Num. $1^1/_2$ pollic. depictum a Bruckero. Rud. 488.

Nota. Denis in catalogo bibliothecae Garellianae p. 752 obiter tertium numisma describit ad hunc tertium Occonem referens, unilaterale, cum inscriptione adversae effigiem sistentis: Adolphus Occo, A. F. August. Med. Anno Aet. XXVIII, quod autem potius Adolpho Occoni II, filio adoptivo Adolphi I dari licet, cum literae A. N. desint.

CCXCIV. Adolphus Occo VII, Adolphi filius, Adolphi nepos, Adolphi pronepos, proprie itaque quartus dicendus, sed quem ob alios Adolphos ante hunc teneriore aetate defunctos Bruckerus septimum vocat; medicus Augustanus, qui d. 24. Sept. 1578 natus, anno 1628 d. 20. Aug. pesti occubuit.

*Adv. Effigies. Inscr. Adolphus Occo A. F. A. N. A. P. M. D. Aet. 25. Literae V. P. junctae, quae artificis nomen sistere videntur, forsan Van Putt.

Num. unilaterale ovale, $1^2/_3$ et $1^5/_{12}$ pollic. plumbeum. Mazz.

I, p. 431, tab. 97, n. 2. Moehs. Bibl. Berol. II, St. 2, 1748. Rud. 489.

CCXCV. Johannes Jessensky de Magna Jessen, natus Vratislaviae d. 27. Decbr. 1566, decollatus d. 11. Jun. 1621; archiater caesareus, professor Pragensis, ob motus seditiosos a se excitatos capite damnatus.

*1. Adv. Effigies. Inscr. D. Joann. Jessensky. De Magna Jessen.

Av. Insignia. Inscr. Rector Acad. Carolin. Pragens. Et Med. Caesar.

Num. $1^2/_3$ pollic. argenteum. Kundm. Siles. 395, tab. 29, n. 89. Boehm. Med. n. 173. Rud. 343.

*2. Adv. et Av. eaedem ac prioris, nisi quod in aversa anni numerus 1618 adest, effigiebus inscriptionibusque minoribus et arctius dispositis.

Num. ovale $1^7/_{12}$ et $1^5/_{12}$ pollic. argenteum. Boehm. Med. n. 171.

3. Adv. Effigies. Inscr. Doc. Joan. Jessensky De Magna Jessen.

Av. Insignia. Inscr. Rect. Acad. Carolin. Pragensis. Ec(etcetera).

Num. ejusdem magnitudinis. Boehm. Med. n. 172. Mediz. Jahrb. d. k. k. oesterr. Staates, 1843, p. 76.

CCXCVI. Godofredus Woyssel, natus Vratislaviae d. 30. Jan. 1582, denatus anno 1628; medicus in urbe patria.

Adv. Effigies. Inscr. Godifredus Woyssel Doct. Med. Aet. 37. 1619.

Av. Infans florem tenens, prope arborem dimidia parte frondibus orbatum, cujus ad alterum latus cranium humanum. Inscr. Sit Nomen Domini Benedictum.

Num. $1^1/_2$ pollic. Kundm. Siles. p. 399, tab. 29, n. 90. Rud. 708.

CCXCVII. Johannes Keppler, natus Wielae in ducatu Würtembergensi d. 27. Decbr. 1571, denatus Ratisbonae d. 15. Novbr. 1630; summus astronomus, Germaniae decus.

*1. Adv. Effigies, infra quam: Caqué F. Inscr. Joannes Keplerus.

Av. Natus An. 1571 Viel In Regno Wirtembergensi. Obiit

An. 1630. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1823. Durand Edidit.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 359.

*2. Adv. eadem.

Av. Né A Weil En 1571. Mort En 1663 (sic). — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1818. Durand Edidit.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

*3. Adv. eadem. Inscr. Johannes Koeplerus.

Av. Sertum laurinum.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

CCXCVIII. Johannes Henis, natus d. 2. Septbr. 1585, denatus d. 25. Jan. 1666; Boius, medicus laudatissimus Augustanus, archiater electoris Bavariae; fama ejus moti Veronenses durante peste anni 1630 eum ab Augustana civitate petebant.

Adv. Effigies, infra quam: Cormano F. Inscr. Jo. Henis D. Com. Pal. Eq. D. M. Loimiat. Ger. Et Ital. P. C.

Av. *A. Ω.* Cadent A Latere Tuo Mille Et Decem Millia A Dexteris Tuis Te Autem Non Appropinquabit. Ps. 91.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. Mazz. II, p. 78, tab. 118, n. 4. Idem Rudolphio quoque erat absque aversa, quo caelatum esse opus conspicitur. Binder, p. 545, n. 220. Rud. 304.

CCXCIX. Achatius Hilling, Gregorii pater, mercator, rerum naturalium, praesertim conchyliorum, scrutator; natus 1591, denatus 1670.

1. Adv. Effigies. Inscr. Achatius Hilling. Ae. 71. An. 1661.
Iconisma argento fusum ovale unilaterale $1^3/_4$ pollic. Moehsen refert, Meds. I, p. 82. Rudolphio erat stanneum cum illo Gregorii filii conjunctum, ita ut alterum adversam, aversam alterum sistat. Rud. 315.

2. Adv. Effigies. Inscr. Achatius Hilling. Nat. 1591. De. 1670.
Av. Nominis siglum in serto palma et lauri ramo facto. Inscr. Affert Hominibus Christus Beatitudinem.
Num. $1^1/_6$ pollic. cusum. Mochs. l. c. Rud. 316.

CCC. Johannes Tackius, medicinae professor Giessensis, denatus anno 1675, aetatis anno 58.

1. Adv. Effigies. Inscr. Jo. Tackius P. Et M. D. Prof. Giss.

Av. Insignia. Insuper: 1655. Ad Latera: J. T.
Num. $1^1/_4$ pollic. ovale. Rud. 633.

2. Adv. eadem.
Av. Fortuna, in cujus velo: 1655. Ad dextram verbum: Fortune. Ad sinistram: Infortune.
Num. aeque magnum, literis adversae incisis, aversae exstantibus. Rud. 634.

CCCI. Johannes Placotomus, s. proprio idiomate Bretschneider, filius Jac. Placotomi, mercatoris et pharmacopolae Gedanensis, ipse etiam pharmacopola, qui medio seculo decimo septimo vixit. Haec studiis doctissimi Hirsch, prof. gymnasii Gedanens. et archivarii urbis, debeo. Minime vero sequens numisma ad medicinae doctorem et physicum J. Placotomum, qui seculo decimo sexto vixit, pertinet, ut cel. Rudolphius suspicatur; capillatura et barba ab illis seculi decimi sexti omnino differunt.
Adv. Effigies valde elevata. Inscr. literis cursivis: Johannes Placotomus. Natꝰ 1610.
Num. unilaterale ovale caelatum $2^1/_4$ pollic. longum, 2 pollic. latum, argenteum in museo regio Berol. asservatur. Rud. 518.

CCCII. Gregorius Hilling, Achatii filius, medicus Norimbergensis, natus 1614, denatus d. 11. Octob. 1680.
Adv. Effigies. Inscr. Gregor. Hilling. M. D. Aet. 56. A. 1670.
Iconisma fusum ovale unilaterale $1^3/_4$ pollic. Moehs. Meds. I, p. 81. Rud. 317.

CCCIII. Thomas Bartholinus, natus Hafniae d. 20. Octob. 1619, denatus d. 4. Decb. 1680, vir eruditissimus, in omni medicinae ambitu meritissimus.
*Adv. Effigies, sub qua: Moltedo F. Inscr. Thomas Bartholinus.
Av. Natus Codaniae An. 1619. Obiit An. 1680. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1844. Durand Edidit.
Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

CCCIV. Johannes Hevelius, natus Gedani d. 28. Jan. 1611, denatus ibidem ipso natali die 1687, astronomus celeberrimus.

*1. Adv. Effigies, infra quam: A. Karlsteen. Inscr. Johannes. Hevelius. Dantisca. Consul.

Av. Aquila solem petens. Inscr. In. Summis. Cernit. Acute. Exerg. Nat. A° 1611. Die. 28. Jan. Mort. Ipso Natali Die. 1687.

Num. $1^2/_3$ pollic. argenteum egregium, depictum apud Lengnich, in biographia Hevelii. Koehler VII, p. 305. Rud. 311.

*2. Adv. Effigies, sine inscr.

Av. Johannes Hevelius Dantiscanus etc. Infra: J. H(oehn).

Num. 2 pollic. argenteum. Hausch. n. 382. Rud. 312.

CCCV. Gerhardus von Hoeven, doctorandus obiit.

Adv. Gerhard Von Hoeven Medicyn Candidat, Gebooren Tot Bremen Den 26. Augusti Anno 1670. Gestorven Tot Leyden Den 23. May Anno 1693.

Av. Arbor virens vi procellae medio fracta. Inscr. Des Doodes Kragt Kommt Onverwagt.

Num. argenteum duas uncias pendens descriptum in: J. Ph. Cassel, vollständ. Bremisches Münzkabinet. Bremen 1772. 8. Th. II, p. 248. Rud. 320.

CCCVI. Johannes Daniel Major, natus Vratislaviae d. 16. Aug. 1634, denatus Holmiae d. 3. Aug. 1693; professor Kiloniensis, qui varia ad artem nostram facientia scripsit, multo plura promisit.

Adv. Fama insidens globo, literas continenti: J. D. M(ajor). 1688. Inscr. In Cimbrici Musei Memoriam.

Av. Aedes museum Gottorpiense significantes, variis cum emblematibus. Inscr. Protectio. Techne. Antiquitas. Physis.

Num. $1^5/_6$ pollic. in Tenzel's monatl. Unterred., December 1697, p. 1005. et Koehler XX, p. 89. delineatum. Major ipse numum non solum invenit, sed suo notavit nomine. Rud. 416.

CCCVII. Balthasar Kauffmann, cujus scriptum pharmaceutico-chemicum 1666 editum in Halleri biblioth. med. pract. III, p. 199 refertur.

Adv. Effigies. Inscr. Balth. Kaufmann. Ch(irurg.). Et Chymicus. Act. 35.

Av. Emblemata alchymistica, literis hebraicis nomen Jehovah. Arbores variae, leo, aquila, porta clausa literis G. L. notata, sepimentum, hortulus, mare etc. Inscr. Arcte Rubra Alba Teguntur.

Num. egregium $1^1/_2$ pollic. Imhof I, 2, p. 801, n. 1. Rud. 358.

CCCVIII. Philippus Matthaeus sen., cujus biographia numismate insequenti continetur, cujusque dissertationes anatomicas complures Hallerus enumerat.

Adv. Perigraphe: Philippus Matthaeus Per 36 Annos Med. Et Bot. Professor. Per 14 Honorarius Et Provinciae Archiater. Inscr. areae: Natus Marpurgi 11 Decembris 1621. Denatus Franequerae 29 Decembris 1700.

Av. Angelus stans supra sarcophagum, dextra tubam, librum sinistra tenens. Inscr. lati marginis superior: Vivitur Ingenio; inferior: Moritur Corpore.

Argyrographon (et figuris et literis argento incisis) $2^2/_3$ pollic. in collectione Rudolphii erat. Rud. 432. de Vries et de Jonghe I, tab. 3, n. 7.

CCCIX. Philippus Matthaeus jun., natus Trajecti ad Rhenum d. 16. Mart. 1641, professor anatomiae et medicinae Franequerae, ubi denatus d. 6. Octb. 1690.

Adv. Cranium super ossa cruris positum sub horologio. Inscr. Disce Mori In Vita Post Fata Ut Vivere Possis.

Av. Perigraphe: Philippus. Matthaeus. Junior. Per. XX. Annos. Medicinae. Et. Anatomes. Professor. In area: Natus Ultrajecti 16 Martii 1641. Denatus Franequerae 6 Octob. 1690.

Num. $2^2/_{12}$ pollic. describitur apud Kluyskens II, 193.

CCCX. Johannes Kunkel a Loewenstern, natus prope Slesvicum anno 1630, denatus Holmiae d. 20. Mart. 1703; pharmacopola et chemicus multis inventis celeber.

*Adv. Effigies, sub qua: C(avalleriis). Inscr. Johann: Kunkel. De Loewenstern.

Av. Literis incisis: Chymicus Celeberr. Seren. Sueciae Reg. Caroli XI. Consil. Metall. Acad. Natur. Curios. Membr. — Quo. Tanti. Viri. Imago. Artifici. Manu. Cavallerii. Formata. Diutius. Maneat. Ex. Ebore. In. Orichalcum F(ieri). C(uravit). J. C. V. Moehsen. Berol. 1762.

Num. fusum aeneum deauratum caelatum $2^5/_{12}$ pollic.

CCCXI. Jacobus Jodocus Rab, natus d. 12. Jan. 1629, denatus d. 11. Jan. 1708; medicus Altenburgensis.

*Adv. Effigies, infra quam: An. Aet. 79. C. W(erner). Inscr. D. Jac. Jod. Rab. Haered. A Lenitsch.

Av. Insignia, infra quae: 1707. C. W. Inscr. (continuat. adversae): Gleichnamb. Et Juchsen. Duc. Sax. Goth. Conscil. (sic) Et Archiater. Symb. Candide Sed Caute.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. argenteum. Thesaur. num. p. 766. Kundm. Siles. tab. 24, n. 72. Rud. 538.

CCCXII. Dionysius Papin, natus d. 22. Aug. 1647, obiit Marburgi anno 1710; medicus Parisiensis, postea professor Marburgensis matheseos, physicus celeber, verus machinarum vaporibus movendarum inventor.

*Adv. Effigies, infra quam: Borrel. 1852. Inscr. Denis Papin.

Av. In serto quercino verba: Né A Blois 22 Août 1647. Memb. De La Soc. Roy. De Lond. 1681. Prof. De Math. A Marbourg 1687. Invente La Mach. A Vap. A Piston. 1688. L'Applic. Possible A La Navig. 1690. Publie Son Recueil 1695. Mort. A Marb. 1710.

Num. $1^{10}/_{12}$ pollic. aeneum.

CCCXIII. Jacobus Waitz, natus anno 1642, medicus chemicus, alchemiae sed modice certe addictus, cum in republica vir summae fuerit fidei.

1. Adv. Effigies. Inscr. Jac. Waitz. Ph. Et M. D. Duc. Sax. Consil. Archiat. Et Redit. Provinc. Praef. Consul. Gothanus. Infra: Insignia. An. Aet. 71. 1713.

Av. Superne nomen Jehovah in radiis, inter verba: Meo Nutu. Alembicus cum signis Salis, Sulphuris et Mercurii, verba ferens: In Uno Dant ⊖ Coeleste Et Fixum. Insuper longa inscriptio alchymistica.

Num. $1^1/_6$ pollic. Lesser p. 94, n. 26. Mazz. II, p. 235, tab. 159, n. 1. Kundm. num. jubil. p. 67. Rud. 687.

2. Adv. Effigies duae, cum insignibus. Inscr. Jacob Waitz Ph. & M. D. D. Sax. Consil. Archiat. & Redit. Provincial. Praefec. Cons. Gothan. Christiana Waitzin Gebohrne Jaegerin. Sub brachio maris: An. Aet. 75. Foeminae: An. Aet. 70.

Av. In Clementissimi Genitoris Gloriam Ernesti Pii Friderici Sapientis Friderici Pii Sapientis Et Felicis D. D. D. Saxoniae Per 50 Annos Fideli Servo Et Consuli Gothano 48 Annor. Cum Conjuge 26. Per 10 Adhuc Viventes Liberos 42 Nepotibus Aucto Post 50 Annos De Matrimoniali Jubilaeo D. 3 Mart. 1716 Celebrato Publicis Votis Gratulabantur Amici & C. W(ermuth). C. Pr. Caes. Inscr. Symb. Virtute Et Labore.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. Kundm. l. c. tab. 4, n. 17. Mazz. l. c. n. 2. Descript. apud Lesser, p. 91. Rud. 691. Numus secundus apud cel. Rudolphium n. 688. descriptus mancus fuisse videtur, cum excepto anno aetatis in adversa plane cum hoc congruat.

3. Adv. Effigies et insignia duo. Inscr. praecedentis, sed pone ejus titulos additur: An. Aet. 75. An. Aet. 70.

Av. More Thoros Doctor Consors Et Waitz Renovabant. In Conjugii Jubilaeum D. 1 MartI. Sacris Auspiciis Celebratum. J. G. J(uncker). & C. W(ermuth).

Num. $1^3/_4$ pollic. Rud. 689.

4. Adv. primi.

Av. Nomen Grande Tenens Crescat Gens Waitzia Natis. Exerg. In Natalem Et Quod Ante Contigit Gothae Nulli Suscept(um). Ab Ao. 1668 Consulatum 25. J. G. J(uncker). Cos. Walt(hershusanus).

Num. descriptum apud Lesser p. 90. et Kundm. l. c. p. 67. Rud. 690.

CCCXIV. Godofredus Guillelmus Liber Baro de Leibnitz, natus Lipsiae d. 1. Jul. 1646, denatus Hannoverae d. 14. Novb. 1716; philosophus summus, vastissimique ingenii polyhistor, academiae Berolinensis primus et dignissimus praeses.

*1. Adv. Effigies, infra quam: Wolff F. Inscr. G. Godofredus Leibnitz.

Av. Natus Lipsiae An. 1646. Obiit An. 1716. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1823. Durand Edidit.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 389.

2. Adv. Effigies, sub qua: H(eraeus). F(ecit). Inscr. Joan. Jac. Leibnitio Cons. Aul. Imp.
   Av. Inscr. septem linearum: Mathematico Et Polyhistori Nostrae Aetatis Primo M(onumentum). P(osuit). C(arol.). G(ust.). H(eraeus).
   Num. $2^1/_2$ pollic. argenteum et aeneum in numotheca Vindobonensi exstat, depictum in: Sitzungsberichte der kaiserl. Akad. d. Wiss., vol. 13, p. 514, ubi cel. J. Bergmann hoc numisma ab artifici manu ipsius Heraei incisum esse dicit.

*3. Adv. Effigies. Inscr. Godofr. Wilh. L. B. De Leibnitz Natus d. $\frac{21 \text{ Jun.}}{1 \text{ Jul.}}$ 1646.
   Av. Mulier (academia scient. Berolin.) sinistra ramum laurinum tenens, dextra coronam, ad quam ligandam aquila borussica fasciam affert, arae imponens. Duo arae latera mulieres exhibent, quarum altera globum tenens physicam et mathesin indicat, altera cum libro historiam et philosophiam repraesentat. Exerg. 1846. D. 1 Jul. Inscr. Academia Regia Boruss. Scient. Primo Praesidi Suo.
   Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. aeneum, quod liberalitati amicissimi de Olfers debeo.

4. Toreuma tripollicare summi viri effigiem sistens ferreum. Rud. 390.
   Nota. Numisma primo loco a cel. Rudolphio descriptum minime huc pertinere censeo, cum certissime nil aliud sit, nisi illud a Koehlero, XII, p. 369 depictum in memoriam societatis Alethophilorum a comite Manteuffel institutae percussum.

CCCXV. Georgius Christophorus Petri ab Hartenfels, natus Erfordiae d. 13. Febr. 1633, denatus d. 6. Decbr. 1718, medicus et naturae scrutator.
   Adv. Effigies. Inscr. D. Georg. Christ. Petri Ab Hartenfels. S. P. C. Comes. Cons. Et Arch. El. Mog. Cons. Prim. Et Phys. Erf. Un. Et Fac. Med. Sen. Prof. Publ. Et P. L. C. Aetat. 81. D. 25 Febr. 1714.
   Av. Insignia. Inscr. D. G. C. Petri Ab Hartenfels Insignia.
   Num. $1^1/_3$ pollic. Mazz. II, p. 227, tab. 156, n. 5. Lesser, II, p. 56. Würdtwein p. 92, n. 702. Rud. 296.

CCCXVI. Georgius Wolfgangus Wedel, natus in Lusatia d. 12. Novb. 1645, denatus Jenae d. 6. Septb. 1721; medicinae professor Jenensis, qui quam plurima scripsit, praesertim chemica et pharmaceutica.

*Adv. Effigies, infra quam: Aet. 59. 1704. Inscr. Georg. Wolfg. Wedel. Med. D.

Av. Pyramides quatuor, singulae effigiem ferentes, cum inscriptionibus basium: Paracelsi, Hippocratis, Galeni et Helmontii. Inscr. Non Unus Sed Quicquid Ad Usum. Exerg. Memor. Perpet. C. Wermuth Fec. C. Pr. Caes.

Num. 1 1/6 pollic. argenteum. Thesaur. p. 450. Mazz. II, p. 252, tab. 161, n. 6. Haller n. 257. Rud. 696. —

Nota. Alterum, apud Rudolphium, n. 697. descriptum numisma, in collectione Mazzuchelliana l. c. n. 5 depictum, hybridum est nec a Rudolphio visum; aversa enim ad numum theologi Justi Breithaupt pertinet.

CCCXVII. Augustus Quirinus Rivinus, natus Lipsiae d. 9. Decbr. 1652, denatus ibidem d. 30. Decbr. 1723; professor anatomiae et botanices, cujus nomen ductus glandulae sublingualis et plantae genus servant.

1. Adv. Effigies. Inscr. Augustus Quirinus Rivinus.

Av. Fit Philures August. Quirin. In Urbe Rector Fit Quater Et Temporis Ordo Novus. Exerg. P(oni). C(uravit). Almae Lips. Sacrum.

Hoc modo Lesserus, p. 84 numisma describit, a Kundm. Gel. Med. n. 681 obiter memoratum. Rud. 563.

2. Aliud numisma a Lessero l. c. describitur, cui easdem inscriptiones esse dicit, alias autem figuras. Rud. 564.

Nota. A cel. Rudolphio datae descriptiones mancae sunt; nullibi autem accuratiorem relationem reperi.

CCCXVIII. Johannes Baptista Garelli, professor Bononiensis, ibidemque medicus celebratissimus, dein archiater caesareus, post longam senectutem Viennae d. 15. Dcbr. 173? obiit.

Adv. Effigies. Inscr. Jo. Bap. Garelli. Leop. I Caes. Aug. Imp. Med. Consil.

Av. Apollo et Aesculapius. Inscr. Colit Quos Refert.

Num. 2 5/12 pollic. Rud. 254.

CCCXIX. JOHANNES JACOBUS SCHEUCHZER, natus Turici d. 4. Aug. 1672, denatus d. 25. Jun. 1733; vir de historia naturali, praesertim Helvetiae, et de illa fossilium summopere meritus.

*1. Adv. Effigies. Inscr. Joh. Jacobus Scheuchzer.

Av. Tigur. Med. D. Math. P. Acad. Imp. N. C. Adi. Des. Acarnan. Socc. Regg. Angl. Prus. Et Inst. Bon. Membrum. Aet. 60. 1732. H(ans). J(acob). G(esner).

Num. $1^1/_6$ pollic. argenteum, rarum ob pistillum ruptum. Mazz. II, p. 297, tab. 171, n. 7. Haller n. 267. Rud. 600.

2. Adv. prioris.

Av. Tigur. Med. D. Math. P. Capit. Thur. Canon. Acad. Imp. N. C. Adi. Des. Acarnan. Socc. Regg. Angl. Prus. Et Inst. Bonon. Membrum. Ob. Ann. Aet. 61. 1733. H. J. G.

Num. ejusdem magnitudinis. Moehs. prüf. Gesellsch. II, St. 2. Haller n. 268. Rud. 601.

CCCXX. GEORGIUS ERNESTUS STAHL, natus Onolsbaci d. 21. Octb. 1660, denatus Berolini anno 1734; medicinae professor celeberrimus, sectae organicae caput, acutissimi certe ingenii.

Adv. Effigies. Inscr. incisa: D. Georg. Ernest. Stahl. Consil. Aul. Et Arch. Bor. Reg.

Av. literis incisis. Ad marginem: Nat. Onold. 1660. Den Berol. 1734. In area: Illustris Stahlii. Imaginem. Ex Cera. Artifici. Manu. N. Georgii. Formatam. In Aes. F. C. J. G. V. Moehsen. 1762.

Iconisma $3^1/_6$ pollic. metallo composito fusum dein scalptum. Rud. 623.

CCCXXI. JOHANNES JACOBUS BAIER, natus 14. Jun. 1677, denatus 14. Jul. 1735; medicinae professor Altorfiensis, oryctographiae noricae aliorumque operum auctor.

*1. Adv. Effigies, sub qua: Werner F. Inscr. D. J. J. Baier P. P. Altorf. Et Acad. Nat. Cur. Praes.

Av. Fons saliens. Inscr. Non Sibi Sed Publico. Exerg. De Obtento Praesid. Acad. Imper. Gratul. F(ieri). F(ecit). A(ndr.). E(lias). B(üchner). 1730.

Num. $1^1/_6$ pollic. plumbeum. Mazz. II, p. 284, tab. 169, n. 1. Will I, p. 209. Altorf, tab. 6, fig. 3. Rud. 28.

2. Adv. Effigies, sub qua: Dorsch. Inscr. Jo. Jac. Baierus Med. P. P. Acad. H. T. Rector.

Av. Ex Gemma C. Dorschei 1723 scalpta R. C. J. C. V. Moehsen.

Num. fusum $1^3/_4$ pollic., literis aversae incisis. Absque aversa depictum Altorf, tab. 8, fig. 8. Rud. 29.

CCCXXII. Pius Nicolaus Garelli, natus Bononiae an. 1670, denatus Viennae d. 21. Jul. 1739; Johannis Baptistae filius diuque collega, vir magnae eruditionis.

*1. Adv. Effigies, in cujus basi: Vestner F. C. Pr. S. C. M. Inscr. Pius Nic. Garellius Caes. Archiater Pr. Bibl. Praef. Ord. Chr. Eq.

Av. Orbis LiterarI Humanae Valetud. Patriae Amicorum Omnium Praesidium Decusq. Justum Et Tenacem Propositi Virum Sua Sorte Contentum Suspice. Vindob. 1735.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Mazz. II, p. 300, tab. 175, n. 5. Moehsen Meds. I, p. 137. Rud. 255.

2. Adv. Effigies. Inscr. Pius Nic. Garellus Bon. Med. D. Caes. VI Cons. Et Archiat.

Av. Navis vela faciens, in cujus puppi anguis conspicitur. Inscr. Sapienter Contrahe.

Num. a Rothscholtzio, p. 233, n. 101 enumeratur, unde descriptionem repetiit Rud. 256, ut et Moehsen.

CCCXXIII. Fridericus Hoffmann, natus Halae d. 19. Febr. 1660, denatus ibidem d. 4. Octbr. 1742, medicorum recentiorum facile princeps.

*1. Adv. Effigies, sub qua: Koch. Inscr. Frid. Hoffmann. Reg. Pruss. Cons. Intim. Medicus Et Profes.

Av. Natus Halae 1660 Patre Friderico Archiat. Sax. Primo Ibi Professor Jam Senior Artem Qua Augustiss. Caesari Regib. Multisq. S. R. I. Principib. Profuit, Per 44 Ann. Docuit Et In Systema Rationale Redegit. 1737. Perigr. Adversa Et Philosophum Et Christianum Probant.

Num. $1^5/_6$ pollic. argenteum. Lesser, 66. Lochner, VII, praefat. numismata a Kochio percussa recensendo de-

scriptum. Lengn. Merkw. 1791, p. 1039. Rud. 321. Depict. ap. Kluyskens II, 36.

*2. Adv. Effigies, infra quam: Wolf F. Inscr. Fridericus Hoffmannus.

Av. Natus Halae In Magdeburgica An. 1660. Obiit An. 1742. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1823. Durand Edidit.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 322.

CCCXXIV. Johannes Anderson, consul Hamburgensis, de animalium borealium historia meritissimus, natus Hamburgi d. 14. Mart. 1674, denatus d. 3. Maj. 1743.

1. Adv. Insignia. Inscr. Jo. Anderson D. Nat. 1674. D. 14 Mart. Secretar. 1702. D. 18 Octobr. Synd. 1708. D. 11 Nov. Cons. 1723. D. 5 Febr. Denat. 1743. D. 3 Maji.

Av. Pharus fracta et prostrata. Inscr. Multis Ille Bonis Flebilis Occidit.

Num. $1^1/_6$ pollic. Mazz. II, p. 333, tab. 182, n. 2. Koehler XVII, p. 369 et 343, tab. 6, n. 21. Rud. 12.

2. Adv. prioris.

Av. Pharus fracta. Inscr. prioris. Exerg. D. 3 Maji 1743.

Num. $1^1/_6$ pollic. Mazz. l. c. n. 3. Koehler l. c. n. 24. Rud. 13.

CCCXXV. Johannes Henricus Schulze, natus d. 12. Maj. 1687 in vico Kolbitz dicto prope Magdeburgum, denatus d. 10. Octob. 1744; professor Altorfinus, dein Halensis, medicus, philologus, antiquarius, numismaticus egregius, scriptisque celeber.

*Adv. Effigies. Inscr. Joh. Henr. Schulze Med. D. P. P.

Av. literis incisis: Mem. Praes(idis). Et Praec(eptoris). Ex C. Dorschei Gemma C. V. J. C. V. Moehsen. 1762.

Num. ovale $1^1/_{12}$ pollic. longum, $^{11}/_{12}$ pollic. latum. Altorf, tab. 8, n. 10. Rud. 606. — Mihi est ectypon plumbeum unilaterale, cujus inscriptio adversae elevata est, non incisa, ut Rudolphi dicit, praebetque sub effigie literas vel numeros non dignoscendos, quos Rud. tacet.

CCCXXVI. Godofredus Thomasius, natus 1660, denatus 1740; medicus Norimbergensis, in cujus et Volckameri honrem o

communem percussum numisma est, infra sub voce Volckamer dicendum.

Adv. Effigies, infra quam: Dorsch F. in gem. Inscr. literis incisis: Godofr. Thomasius. M. D.

Av. Vir harpa canens, infra literis incisis: M(oehsen). R. C.

Num. ovale pollicem longum, 8 lineas latum collectioni cel. Rudolphii inerat, consimile paulo majus in numophylaceo regio Berolin. vidit. Rud. 657.

CCCXXVII. Johannes Georgius Volckamerus, natus Norimbergae d. 7. Maji 1662, denatus d. 8. Jun. 1744.

*Adv. Effigies duae, infra quas: Vestner F. Inscr. D. Jo. Georg. Volckamer. Coll. Med. Sen. Pr. — D. Godofr. Thomasius. Princ. Med. Et Cons. Exerg. Nat. Nor. 1662. Rec. In Coll. Med. 1685. — Nat. Lips. 1660. Coll. Med. Adscr. 1691.

Av. Nobilissimo Medicor. Pari Aevi Hujus Ornamentis Qui Per L Annos Collegium Medic. Norimb. Magnis Meritis Illustrarunt, Cui Alter Jam Sext. Praesedit Alter Sext. Praesidere Coepit Honor. Ergo F. C. Collegae. A. 1741.

Num. $1^5/_6$ pollic. argenteum. Mazz. II, p. 320, tab. 178, n. 4. Will I, p. 241. Rud. 686.

CCCXXVIII. Johannes Casparus Mueller, med. doctor, archiater Ernesti Augusti Constantini, ducis Vinariensis; natus Jenae 1675, denatus 1753.

Numisma in cel. viri honorem percussum Erbsteinius in literis ad Rudolphium missis retulit, sed non descripsit. Rud. 469.

CCCXXIX. Christianus Wolf, natus Vratislaviae d. 24. Jan. 1679, denatus Halae Saxonum d. 9. Apr. 1754; vir magni ingenii, eruditionis summae, et rerum physicarum cognitione ornatissimus, cujus tamen methodus demonstrativa medicos sui temporis plurimos a recta via detraxit.

*1. Adv. Effigies, infra quam: J. Dassier. Inscr. Christianus Wolfius.

Av. Dea cornu copiae gerens cubo insidet, quem serpens cingit. Inscr. Sedes Fructusque Perennis. Infra: J. D.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum. Kundm. Siles. tab. 30, n. 91.

Lesser n. 27. Koehler XII, p. 385. Mazz. tab. 190, n. 2. Rud. 705.

*2. Adv. Effigies, infra quam: V(estner). C. Pr. S. C. M. Inscr. Christian. Wolf. Cons. Regim. Hass. Prof. Prim. Math. & Phil. Marburg.

Av. En Aevi Nostri Hermetem Trismeg. Nat. Vratisl. A. 1679 D. 24 Jan. Qui Mathesin Perviam Philosophiam Firmam Et Utilem Reddidit Clare Et Distincte Utramque Docuit Halae Ab A. 1706 Marburgi Ab A. 1739. Nemini Gravis Nisi Aemulis.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Lesser n. 28. Koehler XII, p. 409. Mazz. l. c. n. 4. Rud. 706.

*3. Adv. Effigies. Inscr. Christianus Wolfius. Infra: Halam Reliquit 1723.

Av. Sol e nubibus surgens Halam illustrat. Inscr. Cunctando Novo Insurgit Lumine. Exerg. Halam Reversus 1740. K(och).

Num. $1^1/_3$ pollic. argenteum. Koehler XIII, p. 409. Mazz. l. c. n. 3. Rud. 707.

4. Adv. Effigies. Inscr. Christianus Wolfius Ph.

Av. Sol irradiat globum et instrumenta mathematica. Inscr. Omnia Lustrat.

Num. $4^1/_2$ pollic. aeneum in numophylaceo regio Berol. vidi.

CCCXXX. Christophorus Horch, natus Berolini an. 1667, denatus ibidem d. 20. Apr. 1754; chirurgus militaris primarius et archiater regius.

*Adv. Effigies. Inscr. C. Horch. Consil. Intim. Et Archiat. Bor. Reg.

Av. Avi Optimi Memoriam C. V. J. C. V. Moehsen M. D. — Haec verba intra sertum lauro-quercinum leguntur, per quod fascia ducta est, verba continens: Den. 1754. An. Aet. 87.

Num. $2^1/_3$ pollic. fusum aeneum deauratum, quod Moehsen fieri curavit, et Meds. II, p. 576 praetereundo refert. Rud. 323.

CCCXXXI. Laurentius Heister, natus Francofurti ad Moen. d. 19. Sept. 1683, denatus Helmstadii d. 18. Apr. 1758;

vir de anatomia et chirurgia optime meritus, professor primum Altorfinus, dein Helmstadiensis.

Adv. Effigies. Inscr. incisa: D. Laur. Heister Med. Prof. Altorf.

Av. Sertum incisum, in quo verba incisa: Ex Gemma Dorschei.

Num. ovale 10 et 8 lineas magnum Rudolphio erat, antea Moehsenianum. Altorf, tab. 9, n. 8. Rud. 301.

CCCXXXII. Johannes Nathanael Lieberkuehn, natus Berolini d. 5. Sept. 1711, denatus ibidem d. 7. Octb. 1756; anatomicus excellentissimus, artem vasa injiciendi ad summum gradum evexit.

Iconisma 4—5 pollic., secundum Glume (ceram) metallo composito fusum deauratum, adversa cel. viri effigiem, aversa inscriptionem incisam sistens, quae Moehsenium illud fieri curasse testatur, cel. Rudolphi 40 thaleris emit. Rud. 396.

CCCXXXIII. Johannes Juncker, natus prope Giessam d. 23. Sept. 1679, denatus Halae Saxon. d. 25. Decb. 1759; professor Halensis, sectae Stahlianae addictus, auctor fertilis.

Adv. Effigies, infra quam: J. G. N(eumann). Inscr. D. Joh. Juncker M. P. P. O.

Av. Templum, ad cujus sinistram vir sedet togatus, librum apertum tenens, dextra cyathum porrigens; pone eum arbor aurantiaca, ante eundem vero apparatus destillatorius. Inscr. Inserviendo. Exerg. Nat. 1680.

Num. 1 $^1/_6$ pollic. Moehsen Meds. II, p. 576. Rud. 348.

CCCXXXIV. Jacobus Carolus Pelloutier, medicus Berolinensis, Moehsenii amicus, qui numisma fieri fecit.

Adv. Effigies. Inscr. Jac. Carol. Pelloutier D. Med. O. Nos(odochii) Gall(ici). — J. B. Reinel.

Av. Quem Mors Praematura Amicis Civibus Eripuit. Maneat In Aere A. C. — J. C. V. Moehsen M. D. 1763.

Num. 2 $^5/_8$ pollic. argenteum fusum in numophylaceo regio Berol. vidi. Moehs. Meds. II, p. 576. Rud. 508.

CCCXXXV. Johannes Hieronymus Kniphof, natus Erfordiae d. 24. Febr. 1704, denatus ibidem d. 23. Jan. 1763; medicinae professor Erfordiensis.

*1. Adv. Effigies. Inscr. D. Jo. Hieron. Kniphof. Anat. Ch. Et Bot. Pr. P. F. M. A. O. S. R. J. A. N. C. C. Pt. Decan.

Av. Insignia, hortus scilicet tres arbores includens. Inscr. Nascitur Hic Mirae Fertilitatis Honos. Exerg. De Felici Nominali D. 24 Junii 1748 Gratulatur J. H. W(erner).

Num. $1^1/_4$ pollic. stanneum. Mazz. II, p. 353, tab. 187, n. 2. Moehs. Meds. I, p. 241. Rud. 364.

2. Adv. Effigies, infra quam: W(erner). F. Inscr. D. Joh. Hieron. Kniphof.

Av. Hygiea coram ara, cui pileus doctoralis et sceptra academica imposita sunt. Inscr. Facult. Med. Sen. Et As. Pr. Path. Et Prax. P. P. O. S. R. J. A. N. C. Adi. Et Bibl. Exerg. Rect. Univ. Erfurt. II. Elect. D. 14. Jul. 1762. In basi arae: Vigilantia.

Num. $1^3/_8$ pollic. rarissimum. Moehs. l. c. p. 249. Rud. 365.

CCCXXXVI. Johannes Gottlob Lehmann, doctor medicinae, chemicus egregius, olim academiae Berolinensis socius, denatus Petropoli d. 22 Jan. 1767.

Adv. Britannia Mercurio coronam offert, qualem etiam Minerva ei imponit. Inscr. Arts And Commerce Promoted. Exerg. Society Inst. London. 1754.

Av. Sertum laurinum, in quo verba: For The Best Essay On Cobalt. 1759. Inscr. To John Gottlob Lehmann. M. D. Infra: N. VIII.

Num. $1^5/_8$ pollic. Rud. 387.

CCCXXXVII. Johannes Jacobus Jantke, natus Brigae Silesiorum d. 30. Jan. 1687, denatus 1768; medicinae professor Altorfinus.

1. Adv. Effigies. Inscr. Jo. Jac. Jantke. Med. D. P. P.

Av. Inscr. incisa: Saec. Solem. Cel. Academia Altorfina. In Gemma Sc. C. Dorsc. 1723.

Num. ovale argenteum $1^1/_4$ pollic. in numophylacco regio Berol. vidi. Altorf, tab. 8, n. 9. Rud. 335.

2. Adv. Effigies. Inscr. incisa: Jo. Jac. Jantke Med. D. P. P.

Av. incisa: Saec. Solem. Cel. Academia Altorfina In Gemma Sc. C. Dorsch. 1723. Exerg. Berolini R. C. M. (recudi curavit Moehsen).

Num. ovale $1\frac{1}{6}$ pollic. argenteum olim Moehsenianum in Rudolphii collectione erat, nunc in numophyl. regio Berol. vidi. Rud. 336.

3. Adv. Viri Incomporabiles Et Excellentissimi D. Jo. Balt. Bernhold, D. Jo. Frid. Danreuther, D. Jo. Jac. Jantke Jubilaeum Officii Uno Mense Celebrant. Exerg. Aprilis D. D. 9 Et 30.

Av. Emblemata theologiae, jurisprudentiae et medicinae. Inscr. Quare Dum Licet Inter Nos Laetemur Amantes. Prosp. Exerg. 1764. P. P. Werner F.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollic. Will I, p. 185. Altorf, tab. supplem. n. 6. Lengn. Merkw. 1791, p. 676. Rud. 337.

CCCXXXVIII. Christophorus Jacobus Trew, natus Lauffae prope Norimbergam d. 26. Apr. 1695, denatus d. 18. Jul. 1769; vir solidae eruditionis, de historia medicinae, de botanice et de anatomia bene meritus.

*Adv. Effigies, in cujus basi: C. P. C. (cum privil. caes.) Infra: Vestner F. Inscr. D. Christophorꝰ. Jacobus Trew.

Av. Natus Lauffae Nor. 1695. Doctor Renunciat. Alt. Nor. 1716. In Incl. Coll. Med. Nor. Receptus 1720. Ill. Ac. Caes. N. C. Adscr. 1727. Ser. Pr. On. Br. Cons. Aul. & Arch. Const. 1736.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollic. aeneum. Mazz. II, p. 303, tab. 172, n. 8. Spies III, p. 9. Rud. 664.

CCCXXXIX. Andreas Elias de Buechner, natus Erfordiae 1701 d. 9. Apr., denatus Halae Saxon. d. 29. Jul. 1769; professor Erfordiensis, dein Halensis, academiae nat. cur. praeses, in cujus memoriam Linnaeus Büchneram dixit.

Adv. Effigies. Inscr. D. Andre. El. Buechner. C. M. Cons. Et Archiat. Acad. Imp. Praes. Chym. Prof. P. Et E. M. E.

Av. Vir sub umbra fagi frondosae dormiens. Inscr. Omnibus Refrigerium. Exerg. De Felici Nominali Gratulatur D. 30 Nov. 1742. J. H. Werner. Erfurt.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollic. Mazz. II, p. 346, tab. 186, n. 2. Rud. 105.

CCCXL. Albertus ab Haller, natus Bernae d. 16. Octob. 1708, denatus d. 12. Decb. 1777; botanicus, anatomicus, physiologus, nulli cedens, operibus summi laboris sum-

maeque utilitatis omnes superans, poëta in lingua vernacula sui temporis laudatus.

*1. Adv. Effigies, infra quam: J. M. Mk(Moerikofer). F. Inscr. Albertus Hallerus.

Av. Regio alpina. In nube liber apertus hinc figuram anatomicam, illinc plantam offerens, lyra et sertum laurinum illa ambiens. Inscr. Patriae Nova Serta Paravit. Exerg. Famam Expressit In Aere Moerikoferus.

Num. 2 pollic. argenteum. Haller I, p. 130, n. 217. Hausch. n. 358. Lengn. Merkw. 1791, p. 1036. Rud. 292. Depict. in: Leben des Herrn v. Haller, von Zimmermann. Zürich 1755.

*2. Adv. Effigies, infra quam: Caqué F. Inscr. Albertus Haller.

Av. Natus Bernae In Helvetia An. 1708. Obiit An. 1777. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1821. Durand Edidit.

Num. 1 ½ pollic. aeneum. Rud. 293, in cujus specimine casu solummodo alius cujusdam numi area aversa cum illa commutata est, quae ad Hallerum spectat. Depict. ap. Kluyskens, II, 9.

*3. Adv. Effigies, capite velato, sub qua: Armand F. Inscr. Albertus Haller.

Av. eadem ac prioris.

Num. ejusdem magnitudinis aeneum.

CCCXLI. Fridericus Henricus Guilelmus Martini, natus Ohrdrufii Gothanorum d. 31. Aug. 1729, denatus Berolini d. 17. Jun. 1778; medicus et naturae scrutator indefessus, societatis naturae scrutatorum Berolinensis fundator.

*Adv. Effigies, infra quam: Abr(amson). Inscr. F. H. W. Martini M. D.

Av. Liber apertus, in quo verbum „Natur“ legitur, cubo impositus. Inscr. Dem Stifter D. Gesellsch. Naturforschend. Freunde. Exerg. Geb. 1729.

Num. 1 7/12 pollic. argenteum. Rud. 429. — In: J. A. E. Goeze libro: Denkmal der Freundschaft Martini an seinem 48sten Geburtstage gestiftet. Berlin (1777). numisma in honorem Martini a Spenero inventum delineatur nunquam percussum.

CCCXLII. Laurentius Christophorus Mizlerus, dein Mizlerus de Kolof, Onoldinus, natus d. 25. Juli 1711, denatus Varsaviae mense Majo 1778; fere omnibus incubuit disciplinis, praesertim musica inclaruit; archiater regis Poloniae.

Adv. Triangulum circulo circumducto continens numeros 1. 2. 3. 4. 5. 6., apes circumvolantes, superiori loco genius facem tenens. Inscr. Societ. Scient. Music. In Germ. Instaur.

Av. In Memoriam Soc. Scient. Music. In Germ. Florentis A. R. S. 1738 Coeptae Auct. Laur. Mizlero Mathem. Philos. Musico etc.

Num. $1^1/_2$ pollic. Mazz. II, p. 346, tab. 186, n. 1. Rud. 452. In alio numismate, quod Mizlerus in honorem Joh. Comitis Malachowski fieri fecit, suum nomen occurrit: Laur. Mizlerus, Philos. et Med. D.

CCCXLIII. Johannes Georgius Eisen de Schwarzenberg, natus d. 19. Jan. 1717 Bolsingae in Franconia, denatus d. 15. Febr. 1779; verbi divini minister in Livonia, de inoculatione variolarum, de herbarum et radicum edulium conservatione, aliisque de rebus bene meritus.

* Adv. Duo cornua copiae, supra quae: Herbarum Conservatori J. G. Eisen Eccl. Torn. In Livon. Past. Infra quae: Populis Alimenta Ministrat.

Av. Wilhelmus I Dei Grat. Com. Regn. In Schaumburg etc. Exerg. 1774.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Lengn. Nachr. I, p. 338. Rud. 196.

CCCXLIV. Henricus Godofredus Comes de Mattuschka, natus d. 22. Febr. 1734, denatus d. 19. Novb. 1779; Florae Silesiacae auctor.

*1. Adv. Effigies, infra quam: Koenig. Inscr. H. G. C. D. M. L. B. D. S. Et T. S. C. W. C. O. S. R. M. S. N. S. B. & S. Oe. W. A. A. B. P. D. In P. (Literae initiales nominis et titulorum.)

Av. Obeliscus, cui Linnaea circumvoluta et in quo verbum: Immortali. Ante illum sarcophagus, in cujus medio legitur: Nat. 22 Febr. 1734. Den. 19 Nov. 1779. — ad cujus dextram mulier eclipsin lunae telescopio utens observat,

ad sinistram mulier lacrymas fundens librumque tenens, in quo legitur: Flor. Sil. Inscr. Dolemus. Exerg. Eclip. Lun. D. Sep(ulcrali). Ej. 23 Nov. 1779. F. F. F. F. (Fratres Fieri Fecerunt).

Num. $1^3/_4$ pollic. argenteum. Rud. 434.

2. Adv. Effigies, sub qua: Koenig, a priori diversissima, ut utraque eundem hominem referri vix credideris. Illa certe ex icone juvenis, quo tempore capilli in tumulum elevatum cogebantur, haec viri, capillo verticis demisso et plano. Inscr. eadem.

Av. Omnia et singula sistit, quae num. praecedens habet, sed pistillo diverso.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. Hausch. n. 514. Rud. 435.

CCCXLV. Godofredus Jacobus Jaenisch, medicus Hamburgensis, qui secundum Lengnichium bibliothecam triginta millibus librorum instructam possedit, et circa annum 1780 obiit.

*Adv. Effigies. Inscr. Gottfried Jacob Jaenisch. M. D.

Av. Sertum laurinum, in quo verba: Dignissimo Magist. Ord. Monumentum Amoris Latomi Hamburgenses. 1778.

Num. $1^1/_4$ pollic. argenteum. Rud. 334.

CCCXLVI. David Samuel a Madai, natus Schemnicii in Hungaria d. 4. Jan. 1709, denatus Halae Saxon. d. 2. Jul. 1780; medicus numismaticam coluit, quae ei nobilitatem conciliavit.

*Adv. Effigies, sub qua: F. W. Wermuth. Inscr. Dav. Sam. a Madai Hung(arus). Consil. Aul. & Archiat. Princ. Anhalt. C(oethen).

Av. Viro Arte Medica Candore In Amicos Meritis In Rem Numariam Excellenti Hoc Amicitiae Monimentum Dicat J. A. a P(onikau). 1773.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. stanneum, delineatum in fronte catalogi collectionis numismaticae cel. viri et ap. Kluyskens, II, 174. Rud. 415.

CCCXLVII. Theodorus Tronchin, natus Genevae an. 1709, denatus Parisiis d. 30. Novb. 1781; medicus primum Amstelodamensis, dein in patria urbe, tandem Parisiensis, experientissimus, candidissimus, variolarum insitionem

maxime commendavit; ducis Parmae insitione numisma insequens meruit.

Adv. Effigies. Inscr. Theodorus Tronchin.

Av. Allegoria in laudem insitionis variolarum. Inscr. Tutissimus Ibis. Exerg. Securitas Populi Parmensis. 1764.

Num. valde magnum, argento duodecim uncias pendens, descripsit Haller, I, p. 165, n. 283. Depictum a Joh. Müller, merkwürdige Ueberbleibsel etc. Zürich 1773. 4. Rud. 666.

CCCXLVIII. Johannes Guillelmus Ellenberger, a rege Friderico II nobilitate donatus et von Zinnendorf dictus, medicus primus exercitus borussici, latomis tamen magis quam medicis notus; natus Halae d. 10. Aug. 1731, obiit Berolini d. 6. Jan. 1782.

*Adv. Effigies, infra quam: C. Hollenbach. Inscr. Johann Wilhelm Ellenberger Genannt Von Zinnendorf 24 Junius 1774.

Av. Interna templi latomorum. Inscr. Der Gr. L. L. V. Deutschl. Ihre Dankbaren Töchter. 24 Junius 1820. Exerg. v. Geusau. v. Castillon. Kramer. Müller. v. Neander. Becherer. Kroenke. Lgr. D. E. v. Hessen. Mumsen. Hzg. G. v. Gotha. v. Beulwitz. v. Schmidt.

Num. $2^1/_6$ pollic. egregium argenteum. Rud. 197.

CCCXLIX. Andreas Sigismundus Margraff, natus Berolini d. 3. Mart. 1709, denatus ibidem d. 7. Aug. 1782; chemicus celeber.

*Adv. Effigies, sub qua: Abramson. Inscr. Andreas Sigismund Margraff.

Av. Apparatus chemicus. Inscr. Ignibus Abdita Rerum Scrutatur. Exerg. Nat. 1709.

Num. $1^3/_4$ pollic. argenteum. Hausch. n. 547. Rud. 426.

CCCL. Christianus Mayer, natus Meseritii in Moravia d. 20. Aug. 1719, denatus Manhemii d. 16. Apr. 1783; jesuita et astronomus celeber.

*Adv. Effigies. Inscr. Christian. Mayer. S. El. Pal. Bav. Astronom. et Prof. Astr. Heid(elbergensis).

Av. Auspice Deo Et Carolo Theodoro Elector. Palat. Bavar. Nova In Coelo Sidereo Phaenomena 1777 Manhemii De-

texit, Motui Fixarum Proprio, Parallaxi Earum Et Novis Planetis Satellitibusque Inveniendis Maxime Idonea. Ob. D. 16. Apr. 1783. Ann. Aet. 64. Boltschaus(er). F.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum. Lengn. Merkw. 1792, p. 357. Hansch. n. 562. Rud. 438. Beierlein, IV, p. 52.

CCCLI. Daniel Bernoulli, natus d. 9. Febr. 1700, denatus d. 17. Mart. 1782; medicinae professor Basileensis, mathematicis tamen praesertim inclaruit operibus.

*Adv. Effigies, sub qua: A. S. (Abramson). Inscr. Daniel Bernoulli.

Av. Turris astronomica, e longinquo navis in alto mari. Inscr Maris Et Coeli Mensor. Exerg. Natus 1700.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. argenteum. Haller, I, p. 88, n. 141. Hansch. n. 60. Rud. 63.

CCCLII. Leonhardus Euler, natus Basileae d. 15. Apr. 1707, denatus Petropoli d. 7. Sept. 1783; mathematicus celeberrimus, ingeniosissimus, laboriosissimus.

*Adv. Effigies, infra quam: Abramson. Inscr. Leonhard Euler.

Av. Apparatus astronomicus. Inscr. Radio Describit Orbem. Exerg. Natus 1707.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum. Haller, I, p. 114, n. 191. Rud. 204.

CCCLIII. Guilelmus Fridericus Liber Baro de Gleichen, dictus Russworm, natus Baruthi d. 14. Jan. 1717, denatus d. 16. Jun. 1783; scriptis numerosis observationes praesertim microscopicas sistentibus inclaruit.

Adv. Effigies, sub qua: G. Laurc. Inscr. Wilh. Frid. L. B. De Gleichen Rusworm. Mag. Sup. Baruth.

Av. Fortuna sphingi insidens cornuque copiae tenens sinistra stellam gerit. Inscr. Secura Fratrum Felicitas.

Incongruam nummi majoris descriptionem Stoehr, p. 71, n. 1. suppeditavit cel. Rudolphio. Rud. 274.

CCCLIV. Jacobus Reinoldus Spielmann, natus Argentorati d. 31. Mart. 1722, denatus d. 9. Sept. 1783; in urbe patria professor botanices, chemiae et pharmaciae, vir de scientiis, quas docuit, bene meritus, cujus memoria ne heic loci desit, nummum, quem in uxoris memoriam fieri fecit, omittere noluit cel. Rudolphius.

Adv. Effigies. Inscr. Maria Magdalena Spielmannia nata Sachsia. Nat. Argent. d. 22 Jul. 1723. Den. d. 15 Jul. 1750.

Av. Memoriae Conjugis Optimae Cujus In Pulcherrimo Corpore Anima Pulchrior Tempore Nimium Brevi Hospitata Fuit F. F. Viduus Moestiss. J. R. Spielmann. Med. D. P. P. Argent.

Num. $1^3/_4$ pollic. Rud. 622.

CCCLV. Johannes Theodorus s. Theophilus Gleditsch, natus Lipsiae d. 5. Febr. 1714, denatus Berolini d. 6. Octob. 1786; botanicus eximius, academiae Berolinensis quondam decus.

Iconisma ferro fusum ovale tres pollices longum, duos cum dimidio latum Rudolphio erat, effigiem cel. viri sistens, qui dextra Gleditschiae triacanthae ramulum tenet. Rud. 273.

CCCLVI. Moses Mendelssohn, natus Dessaviae d. 12. Sept. 1729, denatus Berolini d. 4. Jan. 1786; psychologus, ideoque physiologus.

*Adv. Effigies, infra quam: Abraham & F. Inscr. Moses Mendelssohn.

Av. Cranium humanum, cujus vertici papilio insidet. Inscr. Phaedon. Exerg. Natus. 1729.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. argenteum. Spies, V, 101. Rud. 447.

CCCLVII. Ferdinandus Jacobus Baier, physicus Norimbergensis, Johannis Jacobi, professoris Altorfiensis filius, natus d. 13. Febr. 1707, denatus d. 23. Octb. 1788.

Num. ovale $1^1/_6$ pollic., ectypon gemmae a Dorscheo incisae Baieri effigiem sistentis Rudolphius commemorat. Altorf, tab. 9, fig. 10. Rud. 27.

CCCLVIII. Johannes Fridericus Guillelmus Behling, medicus Ratisbonensis, denatus an. 1788.

*Adv. Effigies, infra quam: Hoernlein. Inscr. D. Jo. Frid. Wilh. Behling. Phys. Ratisb. Nat. 1704.

Av. Pio Seniori Suo Per Decem Lustra Practico Dexterrimo Medici Ratisbonenses. 1787.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum. Rud. 54.

CCCLIX. Fr. Anton Brendel, chirurgus militaris austriacus,

1. Adv. Effigies cum laurea, sub qua: J. Nep. Wirt. Inscr. Josephus II Augustus.

Av. Bene Merentibus De Arte Med. Chirurg. Praemium Instituit Fr. Anton Brendel Chirurg. Milit. 1785.

2. Adv. eadem ac prioris.

Av. Bene Merentibus De Arte Medico-chirurgica Praemium. Duo hi numi hoc modo describuntur in catal. Szechen. I, p. 440.

CCCLX. Christianus Andreas Cothenius, natus d. 14. Febr. an. 1708, denatus d. 5. Jan. an. 1789; medicus doctissimus, archiater regis Borussiae.

1. Adv. Effigies, infra quam: J. A(bramson). Inscr. Christianus Andr. Cothenius Acad. Caes. Natur. Cur. Dir. Consil. Int. Et Arch. Reg. Boruss.

Av. Sertum laurinum, in quo verba: Praemium Virtutis Salutem Mortalium Provehentibus Sancitur D. 5. Jan.

Num. bipollic. Rud. 146.

*2. Adv. Effigies, infra quam: J. A(bramson). Inscr. Christian Andr. Cothenius Consil. Int. Et Arch. Reg. Bor.

Av. Dir. Et Dec. Coll. Med. Supr. It. Dir. Coll. Med. Chir. Ac. Sc. Berl. Sod. S. R. I. Nob. Et Com. Pal. Dir. A. N. C. Nat. Anclami 1708 Artem Qua Profecit Regi Principibus Militi In Castr. Civi, Colono, Orphano Annis 43 Exercuit.

Num. $1^2/_3$ pollic. argenteum.

CCCLXI. Johannes Ludovicus Regemann, natus Bremae an. 1711; archiater regis Poloniae.

*1. Adv. Effigies, infra quam: J. P. Holzhaeuser F. Inscr. Joan. Lud. Regemann. Boerhaavii Discip. N. Bremae 1711.

Av. Sertum quercinum, in quo inscr.: Viro Medicae Artis Studio. Felici. Absque Lucri Quaestu. 35 Abhinc Annis De Gente Polona Continuo Bene Merenti Eximia Morum Probitate Insigni. Hoc Grati Animi Monumentum Post Curatum Ab Eodem Vulnus Ferro Parricidae Die 3 Novem. 1771 Sibi Illatum Stan. Aug. Rex Dedit.

Num. $2^1/_4$ pollic. aeneum, depictum in Madai editione Guil.

Battie, de cognosc. et curand. morbis, Hal. 1780, 8. Bentk. 761. Rud. 553.

*2. Adv. eo tantum a priore differt, quod loco nominis artificis literae J. P. H. F. adsunt.

Av. eandem descriptionem refert, super duos ramos positam loco serti.

Num. $1^2/_3$ pollic. argenteum. Bentk. 762. Rud. 554.

CCCLXII. Michael Schuppach, natus Bernae an. 1707, qui adhuc an. 1774 vixit; medicus autodidactus rusticus magnae famae.

*Adv. Schuppach sedens in officina sua pharmaceutica, cui ex adverso foemina nobilis sedet consilia illius exoptans. Infra: Né En 1707. Exerg. La Pharmacie rustique.

Av. Superne insignia civitatis Bernensis, infra regio montuosa. Inscr. Représentation De La Chambre, Où Michel Schuppach Médecin A Langenau Dans Le Canton De Berne Tient Ses Consultations.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. stanneum fusum. Haller, I, p. 157, n. 272.

CCCLXIII. Johannes Bernoulli, natus d. 18. Maj. 1710, denatus d. 17. Jul. 1790; juris utriusque doctor, mathematicus et astronomus celeberrimus.

Adv. Effigies, infra quam: Samson. Inscr. Joh. Bernoulli J(oannis). F(ilius). Basil. J. U. D. Math. P. N. 1710.

Av. Inscr. Johanni Emanueli Danieli Nicolao Et Jacobo. Sertum laurinum, supra quod insignia, in quo autem inscriptionis continuatio: Filiis Hoc Sui Monimentum Permittit. 1767.

Num. $1^1/_2$ pollic. descript. apud Haller, n. 142. Hausch. n. 61. Rud. 64.

CCCLXIV. Johannes Andreas Murray, natus Holmiae an. 1740, professor botanices Gottingensis, denatus 1791.

Iconisma Vratislaviae ferro fusum fere tripollicare nomen et effigiem sistens descriptum a Rud. 471.

CCCLXV. Philippus Fridericus Liber Baro de Dietrich, natus Argentorati an. 1748, primus hujus civitatis electus consul an. 1790, cumque regis auctoritatem frangi nollet, d. 28. Decbr. 1793 a tyrannis morte damnatus; plurium

academiarum scientiar. membrum, de re metallica optime meritus.

1. Adv. Effigies. Inscr. Ph. Fr. Dietrich Premier Maire Élu Le 5 Févr. 1790.

Av. Argentoratum. In summo: duo angeli tubicines fasciam tenentes inscriptam: Vive La Nation La Loi Et Le Roi; sub illa autem insignia Galliae et Argentorati. Exerg. Liberté.

Num. $1^1/_3$ pollic. Hennin p. 91, n. 121. Rud. 162.

2. Num. ejusdem pistilli eo tantum differt, quod effigies lata fascia tricolore ornata est. Hennin p. 92, n. 122. Rud. 163.

3. Num. ejusdem pariter pistilli, eo differt, quod ad marginem brachii in adversa nomen artificis: Kamm F. adjectum est. Hennin p. 93, n. 123. Rud. 164.

4. Adv. Minerva prope quercum sedens, pede serpentem premens, sinistra hastam tenens, dextra sertum porrigit. Infra: Courtot F. Inscr. La Première A Dietrich Premier Maire De Strasbourg.

Av. Aquila, utraque ala pullum gestans solem petit. Inscr. Son Exemple Instruit.

Num. 2 pollic. Hennin p. 199, tab. 28, n. 25. Rud. 165.

CCCLXVI. Johannes Gottlob Leidenfrost, natus d. 24. Novb. 1715 in comitatu Stolberg, denatus Duisburgi d. 2. Decbr. 1794; professor Duisburgensis, medicus et philosophus.

*Adv. Effigies, sub qua: Stierle. Inscr. Joh. Gottlob Leidenfrost.

Av. Hygiea sacrificans. Inscr. Senatus Acad. Duisb. Optimo Seni. Exerg. Muneris Gesti Semisecnlaria Sacra Die 14 Sept. 1793.

Num. $1^1/_4$ pollic. argenteum. Appel repertor. IV, 1, n. 865. Rud. 391. Kluyskens, II, 140 depict.

CCCLXVII. Johannes Christianus Antonius Theden, nat. d. 13. Sept. 1714, denatus d. 21. Octbr. 1797; chirurgus eximius.

*1. Adv. Effigies, infra quam: F. Loos. Inscr. Joh. Chr. Ant. Theden, Erster K. Pr. Gen. Chirurgus.

Av. Sertum quercinum verba continens: Der Herr Hat Den Arzt Geschaffen Und Koenige Ehren Ihn. — Seinem Amtsjubilaeum Gewidmet Von Den K. Pr. Pens. Chirurgen Den 27 Jul. 1787.

Num. $1^1/_3$ pollic. argenteum. Zacharias, Heft 8, n. 2. Rud. 652.

*2. Adv. Columna, cui serpens Aesculapii circumvolutus, quaeque Centaurum Chironem fert. Ad basin symbola latomorum. Exerg. D. 27 Julii 1787.

Av. J. C. A. Thede (sic) K. Pr. 1ter Gen. Chir. Geb. d. 13 Sept. 1714 Feierte Sein 50jaehrig. Dienst-Jubilaeum Im Kreise Von Maurern, Die Ihn Nie Aus Ihrer Mitte Verlieren Würden, Wenn Dankbarkeit Und Liebe Ihm Leben Geben Koennten.

Num. $1^5/_{12}$ pollic. argenteum. Zacharias, l. c. n. 3. Rud. 653.

CCCLXVIII. Georgius Christophorus Lichtenberg, natus d. 1. Jul. 1744, denatus Gottingae d. 24. Febr. 1799; vir ingeniosissimus, physices professor Gottingensis meritissimus.

Iconisma ferro fusum tripollicare cel. viri effigiem sistens. Rud. 394.

CCCLXIX. Horatius Benedictus de Saussure, natus prope Genevam an. 1740, denatus d. 22. Jan. 1799; professor Genevensis, de rebus physicis optime meritus, itineribus alpinis celeberrimus, patriae urbis decus.

*1. Adv. Effigies, sub qua: A. Bovy F. Inscr. Horce Benedict. De Saussure.

Av. Né A Genève En 1740. Mort En 1799. — Collection Des Hommes Illustres. 1823.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 593.

*2. Adv. Effigies, sub qua: Hedlinger F. Inscr. Horatius Benedictus De Saussure.

Av. Natus Genevensis An. 1740. Obiit An. 1796 (sic). — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. Durand Edidit.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

CCCLXX. Johannes Jacobus Baier, natus 1724, denatus d.

11. Maj. 1800; medicus Norimbergensis, de medicina forensi scripsit.

*Adv. Effigies, sub qua: D(allinger). Inscr. Johannes Jacobus Baier M. D. Nat. 1724.

Av. Seni Venerabili Per Decem Lustra Urbis Splendori, Vitae Praesidi Mortis Domitori F. C. Coll. Med. Nor. D. 11 Maji 1800.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. stanneum. Rud. 30.

CCCLXXI. Abraham Gotthelf Kaestner, natus Lipsiae d. 27. Sept. 1719, obiit professor Gottingensis d. 20. Jun. 1800; mathematicus eximius, qui scriptis opticis physiologiam auxit.

*Adv. Abr. Gotth. Kaestnero. Consil. Aulic. Magn. Brit. Reg. Philos. & Mathes. In Acad. Georg. Aug. P. P. O.

Av. Wilhelm. I. Com. Regnans In Schaumb. Et Lipp. 1770.

Num. $1^3/_4$ pollic. aeneum. Hausch. n. 426. Lengn. Merkw. 1791, p. 1045. Rud. 351.

CCCLXXII. Christianus Ludovicus Roloff, natus Berolini d. 6. Jan. 1726, denatus d. 26. Decbr. 1800, archiater regius, medicus doctissimus.

*Adv. Effigies, infra quam: A. S. (Abramson.) Inscr. Christ. Ludov. Roloff Arch. Reg. D. Med. Renunt. D. 15 Aug. 1750.

Av. Ara accensa, ciconiae effigiem gerens, cui baculus Aesculapii et cornu copiae utrinque apposita. Inscr. Beneficiorum Memor Pietas. Exerg. D. 15 Aug. 1800.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. argenteum. Rud. 567.

CCCLXXIII. Johannes Adam Bauer, medicus Norimbergensis, qui praeter dissertationem inauguralem tractatum de Cydoneis scripsit.

Adv. Effigies, sub qua: D(allinger). Inscr. D. Joh. Adam Bauer M. Et Physic. Ord. Nat. Nor. 1723.

Av. Doct. Ren. Helmstad. 1744. In Incl. Coll. M. Reg. 1746. S. Pr. Culmb. Br. Cons. Aul. 1765. Senior Coll. Med. 1770. Senior Primarius 1775. Honoris Gratia F. C. Coll. Med. Nor. d. 11 Maii 1800.

Num. $1^2/_3$ pollic. argenteum in museo regio Berolin. vidi.

CCCLXXIV. Johannes Caspar Lavater, natus Turici d. 15.

Nov. 1741, denatus an. 1801; operum physiognomicorum auctor, paululum mysticus, sed vir maximae benevolentiae.

*1. Adv. Effigies, infra quam: Boltsch(auser). Inscr. Johann Caspar Lavater.

Av. Sertum laurinum, verba includens: Gebohren Den 15 Novem. 1741.

Num. $1^1/_3$ pollic. argenteum. Haller, n. 241. Hausch. n. 466. Rud. 377.

2. Adv. eadem sistens, pistillo tantum novo percussa literis majoribus.

Av. Verba absque serto: Gebohren D. 15 Novemb. 1741.

Num. aeque magnum. Haller, n. 242. Rud. 378.

3. Adv. prioris.

Av. Obeliscus in scopulo mari circumdato. Inscr. Rectus Et Immotus.

Num. aeque magnum. Rud. 379. Haller, l. c. n. 240 hanc aversam nunquam perfectam esse credit, quod Rudolphii quidem specimen refellit, sed hocce pistilli fissuras duas exhibet forte cito ortas, quo minus publice sit editum.

*4. Adv. Effigies, infra quam: Levèque. Inscr. Joh. Gasparus Lavater.

Av. Natus Turici Helvetiorum An. 1741. Obiit An. 1801. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1818. Parisiis. Durand Edidit.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 380.

CCCLXXV. Johannes Diethelm Lavater, natus Tiguri, filius Joh. Caspari, medicus in urbe patria.

*Adv. Effigies, sub qua: Boltschauser. Inscr. Joh. Dieth. Lavater Turic. M. D.

Av. In serto laurino verba: Grati Animi Causa De Valetud. Uxoris M. Magd. Grob Felic. Instaurata Jos. Rungg Trid. F. C. 1801.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

CCCLXXVI. Marcus Herz, natus Berolini d. 17. Jan. 1747, denatus d. 20. Jan. 1803; medicus et philosophus eximius.

*Adv. Effigies, infra quam: A/S (Abramson). Inscr. Marcus Herz.

Av. Pallas dextra serpentem tenet ore trifolium ululae pro-

pinantem, quae sinistrae deae insidet. Inscr. Aesculapii Palladisque Vis Unita Fortior. Exerg. Natus 1747.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. argenteum. Rud. 307.

CCCLXXVII. Fridericus Guillelmus Ludovicus Hirt, natus Jenae d. 30. Jul. 1761, medicus practicus Zittaviensis, de arte obstetricia et variolarum vaccinarum insitione bene meritus.

*Adv. Infans genua flectens, sinistra florem tenens, dextra vaccinationis locum in brachio sinistro monstrans. Inscr. Dies Erhält Mir Leben, Gesundheit U. Wohlgestalt.

Av. Zum Andenken An Die Schutzblattern. — Von Dr. Hirt In Zittau.

Num. $^5/_6$ pollic. argenteum. Rud. 318.

CCCLXXVIII. Immanuel Kant, natus Regiomonti, a quo nunquam discessit, d. 22. April. 1724, denatus d. 12. Febr. 1804; philosophus acutissimus, perlongam annorum seriem philosophorum praecipue germanorum dux, rerum physicarum summus promotor.

*1. Adv. Effigies bustiformis basi imposita, infra quam: Fr. Loos. Inscr. Immanuel Kant. Nat. d. 22 Apr. 1724. Obiit d. 12 Febr. 1804.

Av. Currus triumphalis supranubius, duabus ululis vectus, in quo genius stat utraque manu facem lucentem stelligeram elevans. Inscr. Lucifugas Domuit Volucres Et Lumina Sparsit.

Num. $1^7/_{12}$ pollicare argenteum. Rud. 353. Depict. ap. Kluyskens, II, 78.

*2. Adv. Effigies, infra quam: Abramson. Inscr. Imanuel Kant. Nat. 1724.

Av. Minerva sedens ululae volanti digito altitudinem indicat, quam attingere possit. Inscr. Altius Volantem Arcuit. Exerg. Denat. 1804.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. argenteum. Rud. 354.

*3. Adv. Effigies, sub qua: A/S. (Abramson). Inscr. Emanuel Kant.

Av. Turris alta, e qua filum pendet, cujusque ad basin sphinx conspicitur. Inscr. Perscrutatis Fundamentis Stabilitur Veritas. Exerg. Nat. 1723 (sic).

Num. $1^7/_{12}$ pollic. argenteum. Lengn. Merkw. 1791, p. 1045. Rud. 355.

*4. Adv. Effigies, infra quam: Rogat F. Inscr. Emmanuel Kant.
Av. Natus Montisregiae In Borussia An. 1724. Obiit An. 1804. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1825. Durand Edidit.
Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 356.

CCCLXXIX. Johannes Christophorus Fridericus de Schiller, natus d. 10. Novb. 1759 in ducatu Würtembergensi, denatus d. 9. Maj. 1805; poëta nostri aevi laudatissimus, quem hic loci taceri non liquet, cum per breve tempus chirurgi militaris muneri praefuisset.

*1. Adv. Effigies, sub qua: Barbé F. Inscr. Fridericus Schiller.
Av. Natus An. 1759 Marbachii In Regno Wirtembergensi. Obiit An. 1805. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1819. Durand Edidit.
Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Binder, p. 582, n. 66.

*2. Adv. Effigies, sub qua: Aug. Facius F. Inscr. Wenn Der Leib In Staub Zerfallen, Lebt Der Grosse Name Noch.
Av. Aedificia. Exerg. Schillers Haus Zu Weimar. 1847.
Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum.

*3. Adv. Effigies, sub qua: G. Loos Dir. In margine: F. Staudigel F. Inscr. Friedrich v. Schiller. Zur Saecularfeier D. 10 Nov. 1859.
Av. Psyche in corona stellarum volans lyram amplexa. Inscr. Waltet Auch Droben Die Seele, Waltet In Uns Doch Der Geist. In margine: A. Fischer Inv.
Num. 2 pollic. argenteum.

*4. Adv. Effigies, sub qua: H. W. Sine inscriptione.
Av. Unserm Schiller. Gest. Den 9t Mai 1805. Perigr. Zur 100 Jaehrigen Geburtsfeier. Den 10t Novb. 1859.
Num. $1^1/_2$ pollic. e metallo composito albo.

*5. Adv. Effigies, sub qua: W. Kullrich F. Inscr. Friedrich Schiller. Geb. 10 Nov. 1759. Gest. 9 Mai 1805.
Av. Inter ramos quercinos inscr. Zum Hundertjaehrigen Geburtstage Den 10. November 1859 — Verein Für Die Schillerfeier In Berlin.
Num. $1^1/_4$ pollic. e metallo albo composito.

*6. Adv. Effigies, sub qua: W. Kullrich F. Inscr. prioris.
Av. In corona quercina verba: Zur Feier Des Hundertjährigen Geburtstages D. 10. Nov. 1859.
Num. $1^1/_{12}$ pollic. argenteum.

7. Adv. Effigies, sub qua: Fernkorn. Inscr. Johann Christoph Friedrich Von Schiller. Geb. D. 10 Nov. 1759. Gest. D. 9 May 1805.
Av. Poësis volans lyram et plectrum tenens.
Num. $3^1/_4$ pollic. Binder, p. 582, n. 67.

8. Adv. Effigies, sub qua: F. Helfricht F. Inscr. Fridericus De Schiller. Poeta. Philosophus.
Av. Statua poëtae Stuttgardiae erecta, sub qua: Thorwaldsen Inv. Inscr. Haec Damus In Terris Aeterna Dabuntur Olympo. Exerg. Statua Detecta A. D. 8 Maii 1839.
Num. $2^1/_2$ pollic. Binder, p. 582, n. 67 a.

*9. Adv. Aquila Francofurtensis. Inscr. Freie Stadt Frankfurt.
Av. Ein Gedenkthaler Zu Schillers Hundertjaehriger Geburtsfeier. Am 10 Nov. 1859. In margine ipso: Im Recht Stark.
Num. $1^1/_4$ pollic. argenteum.

10. Adv. Effigies in corona laurina.
Num. unilaterale $2^3/_4$ pollic. descriptum apud Wellenh. n. 14740.

CCCLXXX. Adolphus Pistotheus de Gersdorff, natus in Lusatia superiori, d. 20. Mart. 1744, denatus d. 15. Jun. 1807. Socio sumpto Carol. Theophil. de Anton societatem lusaticam fundavit, multaque de geognosia, meteorologia et agricultura scripsit.
Adv. Effigies duae: Inscr. De Gersdorf Et Anton. Exerg. *ΕΥΕΡΓΕΤΑΙ.*
Av. Genius cornu copiae effundens. Inscr. Serit Fruges Alteri Seculo Profuturas. Infra: Loos. Exerg. Pietas Societatis Lusaticae 1801.
Num. $1^1/_2$ pollic. in numophylac. regio Berol. vidi.

CCCLXXXI. Godofredus Christianus Beireis, professor Helmstadiensis, vir ingeniosus, doctus, vanam tamen virium praeternaturalium gloriolam famae bene partae praeferens, ideoque cordatorum saepe risum movens; natus d.

2. Mart. 1730 Mühlhusii in Thuringia, denatus Brunsvigae d. 17. Septb. 1809.

1. Iconisma ferro fusum 2³/₄ pollic. Rud. 55.

*2. Adv. Effigies. Inscr. God. Christ. Beireis Prim. Prof. Med. Chem. Chir. Pharm. Phys. Bot. Et Rel. Hist. Nat.

Av. Serta duo laurina, infra quae verba: Helmstadii D. 29 Maji. Inscr. BeIreIs Has LegIt Per LVstra DeCeM ILLe Professor. (Chronostichon anni 1809.)

Num. 1³/₄ pollic. aeneum. Rud. 56.

CCCLXXXII. Leopoldus Comes de Berchthold, natus in Moravia an. 1759, denatus an. 1809; Howardus Germaniae, itinera per Asiam et Africam instituit, ut originem et remedia pestis perscrutaretur, multumque de latius circumferenda variola vaccina meruit.

Adv. Effigies, sub qua: A. Guillemard F. Inscr. Leopold Graf v. Berchtold.

Av. Corona stellarum et quercina, sub quibus: Dem Freund Der Humanitaet Und Ihrem Opfer. Inscr. Geboren Den 9 July 1759. Gestorben Den 26 July 1809.

Num. 1³/₄ pollic. descriptum apud Amp. II, 9301. Wellenh. II, 2, n. 13217.

CCCLXXXIII. Dietericus Ludovicus Gustavus Karsten, natus Buetzowii d. 5. April. 1768, denatus Berolini d. 25. Maj. 1810; mineralogus summus.

Iconisma ferro fusum 3¹/₃ pollic., effigiem simillimam sistens. Rud. 357.

CCCLXXXIV. Carolus Ludovicus Willdenow, natus Berolini anno 1765, denatus ibidem d. 10. Julii 1812; botanicus eximius.

Iconisma 3 pollic. ferreum secundum Poschii ceram 1811 fusum, effigiem quam simillimam sistens. Rud. 703.

CCCLXXXV. Urbanus Fridericus Benedictus Brueckmann, natus d. 23. Apr. 1728, denatus d. 20. Jun. 1812; archiater Brunsvicensis, naturae scrutator diligentissimus.

*Adv. Effigies, infra quam: A/S. (Abramson.) Inscr. Urb. Fried. Bened. Brueckmann. M. D.

Av. Hygiea serpenti pateram offert. Inscr. Quod Patrem Reddidit Patriae. Exerg. Mens. Oct. 1796.

Num. 1¹/₄ pollic. argenteum. Rud. 104.

CCCLXXXVI. Johannes Christianus Reil, natus d. 20. Febr. 1758 in Frisia orientali, denatus Berolini d. 12. Novbr. 1813; philosophus et medicus summi ingenii summaeque experientiae.

1. Iconisma ferro fusum $3^1/_3$ pollic., valde elevatam effigiem simillimam sistens. Rud. 555.

*2. Adv. Effigies, sub qua: Jachtmann F. Inscr. Jo. Chr. Reil. Nat. Febr. 20. 1758. Den. Nov. 12. 1813.

Av. Corona quercina verba continens: Exerct. De Struct. Nerv. Nexus Fibrar. Enceph. Indagat. Annal. Physiol. Pyretologia. Clinice. Infra: G. Loos Dir.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum. Rud. p. 175, n. 555b. Depict. ap. Kluyskens, II, 359.

CCCLXXXVII. Johannes Albertus Henricus Reimarus, natus Hamburgi d. 11. Novb. 1729, denatus an. 1814; medicus et naturae scrutator insignis.

*Adv. Effigies, infra quam: A. S. (Abramson.) Inscr. Joh. Alb. Henr. Reimaro M. D. N. 1729. Pietas.

Av. Aesculapius, coram Isidis monumento. Exerg. Die Natali D. 11 Nov. 1797.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum. Rud. 556.

CCCLXXXVIII. Fridericus Antonius Mesmer, natus Weilae ad Rhenum d. 23. Maj. 1723, secundum alios Meersburgae in Suabia an. 1734, denatus Meersburgae d. 5. Maj. 1815; auctor magnetismi animalis.

*Adv. Effigies, sub qua: Borrel 1836. Inscr. Fréd. Ant. Mesmer.

Av. Société Du Mesmerisme De Paris.

Num. pollic. aeneum deauratum. Kluyskens, II, 212.

CCCLXXXIX. Ferdinandus Adolphus Gehlen, natus Buetowii in Pomerania, denatus Monachii, chemicus egregius, membrum societatis scientiarum bavaricae.

Adv. Effigies, sub qua: Kupfer. Inscr. nulla.

Av. Inter libram summo et lampadem infimo loco positas inscr. Ferdinand Adolph Gehlen M. D. Ord. Mitglied Der K. Ak. D. Wiss. In München. Geb. D. 5 Sept. 1775. Gest. D. 16 Jul. 1815.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. Rud. 264. Beierlein, IV, p. 18, tab. 3, n. 51.

CCCXC. NICOLAUS JOSEPHUS LIBER BARO DE JACQUIN, natus Lugduni Batavorum d. 16. Febr. 1727, denatus Viennae d. 26. Octob. 1817; botanicis optimis quibuscunque adnumerandus, plurimos annos Viennae scientiam amabilem docuit.

*Adv. Effigies, infra quam: Boehm F. Inscr. Nicolaus Josephus Jacquin L. B.

Av. Flora prope sarcophagum, cui Jacquinia armillaris et Aesculapii baculus ornamento inserviunt, Famae Jacquini opera tradit. Inscr. Amore Florum Tantus. Exerg. Natus 16 Februarii 1727. Obiit 26 Octobr. 1817.

Num. $2^5/_{12}$ pollic. argenteum ob pistillum aliquot exemplaribus percussis laesum, rarissimum. Pistillum ruptum probat catal. Wellenh., II, 2, n. 13965, plures in specimine descripto indicans rupturas, quarum meum omnino caret. Rud. 333.

CCCXCI. MARTINUS HENRICUS KLAPROTH, natus Wernigerodae d. 1. Decb. 1743, denatus Berolini d. 1. Jan. 1817; chemicus illustris, indefessus, verissimus.

*1. Iconisma ferro fusum fere tripollicare, effigiem simillimam sistens. Rud. 3 1.

*2. Iconisma stanneum nitidum ovale 5 et 6 lineas magnum.

CCCXCII. ABRAHAM GOTTLOB WERNER, natus in vico Wehrau Lusatiae superioris d. 25. Sept. 1750, denatus Fribergae d. 30. Jul. 1817; mineralogiae reformator, fundator geologiae solidioris, a quo societas Angliae mineralogica eodem jure, quo aliae a Linnaeo, nomen mutuata est.

*1. Adv. Effigies, infra quam: Armand F. Inscr. Abrahamus G. Vernerus.

Av. Natus An. 1749 Wahraniae In Lusatia Superiora (sic). Obiit An. 1816. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1823. Durand Edidit.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 700.

*2. Iconisma effigiem similem sistens, secundum gypseum, plumbeum, $3^1/_2$ pollic. Rud. 701.

CCCXCIII. JOSEPHUS THEOPHILUS WALTER, natus Regiomonti

d. 1. Jul. 1734, denatus Berolini d. 3. Jan. 1818; anatomicus celeber, musei anatomici Berolinensis conditor, scriptorumque auctor optimorum.

*Adv. Effigies, infra quam: Abramson. Inscr. J. G. Walter, Med. D. Anatom. Prof. Nat. 1734.

Av. Sertum laurinum verba includens: Diem Muneris X Per Lustra Expleti Consecrant Cultores Et Amici Ex Gremio Coll. Med. Chir. Abrogati Berolini D. 3 Jan. 1810.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. argenteum, depict. apud F. A. Walter, alte Malerkunst, Berl. 1821. Rud. 693.

CCCXCIV. Carolus Ferdinandus Pfitzner, medicus Silesiacus, Vratislaviae natus 1736, denatus 1819.

Iconisma tripollic., in cel. viri jubilaeo doctorali 1814 ferro fusum, effigiem sistens. Rud. 511.

CCCXCV. Johannes Petrus et Josephus Frank, pater et filius. Pater Joh. Petrus, natus Biponti d. 9. Mart. 1745, denatus Viennae Austr. d. 24. Apr. 1821, medicus practicus eximius, simulque eruditissimus. Filius Josephus, natus Rastadii d. 23. Decb. 1771, denatus Comi an. 1842, professor medicinae clinicae Wilnensis.

1. Adv. Effigies duae ad sinistram, sub quibus: F. Brozzi F. Inferiori loco: De Mayno Curavit Ex Testamento. Inscr. Joan. Petr. Frank — Et Joseph Filius.

Av. Sertum quercinum, quod baculum Aesculapii circumdat· Inscr. Scientia Auxilium Praesens Humanitate Comite.

Num., quod in Koehne Zeitschr. 1851, p. 86 descriptum, ex testamento Jos. Frankii cusum est, et numophylaceis societatibusque medicis condonatum.

*2. Adv. Effigies duae ad dextram, sub quibus: J. Cossa F. Inscr. Defendente Sacchi Di Pavia. Giuseppe Frank di Rastadt.

Av. Inscr. 10 linearum: Data Dall' Uno Alla Patria Una Scuola Di Pittura Accresciuta Dall' Altro Per Cura Del Mar. Tom. Del Maino Coll' Istituzione Di Un Premio. — Festa Inaugur. XIII Xbre MDCCCXLVI. Auspici Lugani J. R. Del(egato). Calcagni Pod(esta).

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum.

CCCXCVI. Josephus Georgius Beer, celeberrimus oculista Vien-

nensis, natus Viennae Austr. d. 23. Decbr. 1763, denatus ibidem d. 11. Apr. 1821.

*Adv. Effigies a facie, sub qua: J. Theuring F. Inscr. Joseph Georg Beer.

Av. Inscr. 10 linear.: K. K. Stadt-Armen-Augen-Arzt Und Öffentl. Professor Der Theoretischen Und Practischen Augenheilkunde Zu Wien. Geboren Zu Wien Am 23 Dec. 1763. Gestorben Am 11 Apr. 1821.

Num. $1^1/_2$ pollic. stanneum. Wellenh. II, 2, 13197.

CCCXCVII. Johannes Goercke, natus d. 3. Maj. 1750, denatus d. 30. Jun. 1822; chirurgus militaris Borussiae supremus, de seminario chirurgorum militarium optime meritus.

*1. Adv. Effigies, infra quam: Fr. Loos. Inscr. J. Goercke Summus Chirurgor. Exercit. Regis Bor. Praefectus Emendator Rei Medicae Castrensis.

Av. Hygiea aquilae pateram offerens. Inscr. Fundator Seminarii Med. Chir. Militaris. Exerg. Alumni D. 2 Aug. 1805.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum. Rud. 275.

*2. Adv. Effigies, infra quam: Loos. Inscr. Dr. Joh. Goercke General-Stabs-Chirurgus Chef Des Milit. Mediz. Wesens Der Koen. Preuss. Armee.

Av. Genius monumento nomina inscribens: Holzendorf, Schmucker, Theden, Goercke. Inscr. Dem Hochverdienten Manne Bei Seiner Jubelfeier. Exerg. Preussens Militair-Aerzte Am 16 October 1817.

Num. $1^3/_4$ pollic. argenteum. Rud. 276.

3. Adv. Imago Jani hedera cincta.

Av. Dem Koen. Preuss. Gen. St. Chirurg. Dr. Joh. Goercke, Drittem Jubelgreise Des Alten Montagsklubbs. Berlin 20 Oct. 1817.

Num. $1^3/_4$ pollic. Rud. 277.

CCCXCVIII. Hans Conradus Escher, dictus von der Linth, natus Turici d. 24. Aug. 1767, denatus ibidem d. 9. Mart. 1823; maxime meritus de Helvetiae colonis.

1. Adv. Effigies, sub qua: P. Brueckmann. F. Inscr. J. C. Escherus Limagianus Turicensis. Exerg. N. 24 Aug. 1767. O. 9 Mart. 1823.

Av. In serto quercino inscr.: Ingenio, Candore, Virtute Civis Optimus.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. in museo regio Berolin. vidi.

2. Adv. Effigies, infra quam: Bovy.

Av. Jo. Conrado Eschero Lindomagico — Paludibus Siccatis — De Patria Bene Merito — Ob Cives Servatos — Honoris Et Virtutis Causa — Populus Helveticus — Ex Conventus Decreto. 1832.

Cfr. H. C. Escher von der Linth, von J. J. Hottinger. Zürich 1852.

CCCXCIX. Christianus Fridericus Schack, natus 1752, denatus an. 1824; chirurgus militaris borussicus superioris gradus.

Iconisma ferro fusum tripollicare effigiem similem et infra eam artificis nomen: Beyerhaus sistens. Rud. 598.

CCCC. Josephus Fraunhofer, natus in Bavaria d. 6. Mart. 1787, denatus d. 7. Jun. 1826; opticus celeberrimus. Cfr. Reichenbach.

CCCCI. Georgius de Reichenbach, natus Durlacii d. 24. Aug. 1772, denatus Monachii mense Jun. 1826; opticus et mechanicus celeberrimus, qui ad promovendam astronomiam multum valuit.

*Adv. Effigies, sub qua: C. Voigt. Inscr. Ludwig I Koenig Von Bayern. Zehn Eine Feine Mark.

Av. Duae effigies, sub quibus nomina: Reichenbach. Fraunhofer. 1826. Superne: Dem Verdienste Seine Kronen.

Num. $1^{5}/_{12}$ pollic. argenteum, quod ad seriem thalerorum bavaricae historiae momenta illustrantium refertur. Depictum apud Kraehmer, Bayerns Ehrenbuch, Bd. 2, München 1841, tab. 4, fig. 1. Schulthess-Rechberg, Thalerkab. Bd. 1, p. 202. n. 635.

CCCCII. Johannes Benjamin Erhard, Norimbergae d. 5. Febr. 1766 natus, regi Boruss. a consiliis medicis superioribus, medicus practicus Berolinensis, d. 28. Novbr. 1827 obiit.

Iconisma ferro fusum tripollicare effigiem simillimam exhibens. Rud. 203.

CCCCIII. Georgius Henricus Weber, natus an. 1752, dena-

tus d. 25. Jul. 1828; medicinae professor Kiloniensis, scriptis botanicis et medico-practicis celeber.

*Adv. Effigies, infra quam: Jachtmann F. Inscr. Geo. Henr. Weber Prof. Kil. Nat. 1752. Doct. Cr. D. Sept. 17. 1774.

Av. Ramus Weberae corymbosae. Inscr. Medico Et Botanico Summo Auditores Et Amici Laetabundi D. Sept. 17. 1824.

Num. $1^2/_3$ pollic. aeneum. Rud. 695. Amp. 10094. Depict. ap. Kluyskens, II, 601.

CCCCIV. Johannes Carolus Henricus Meyer, natus d. 2. Jul. 1767, denatus Berolini d. 5. Aug. 1828; medicus practicus, anatomicus et physiologus.

*1. Adv. Effigies, infra quam: J. C. H(ollenbach). Inscr. Heinr. Meyer Doct. D. Heilk. Ritt. D. Eis. Kreuzes.

Av. Andenken An Daniel Loos. Berlin 1819, quae verba serpente apicem caudae mordente cinguntur.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 449. Amp. 9792.

*2. Adv. Effigies, infra quam: C. Voigt F. G. Loos Dir. Inscr. Heinr. Meyer Doct. D. Heilk. Ritt. D. Eis. Kreuzes.

Av. Ara, cui patera imposita, ex qua serpens bibit baculo circumvolutus. Inscr. Andenken An D. Loos Seinem Hilfreich. Arzte. Exerg. 1819.

Num. $1^1/_2$ pollic. egregium aeneum, an. 1822 percussum. Rud. 450. Amp. 9791.

3. Iconisma ferro fusum $3^1/_4$ pollic. effigiem sistens. Rud. 451.

CCCCV. Franciscus Josephus Gall, natus in ducatu Würtembergiae d. 9. Mart. 1758, denatus Parisiis d. 22. Aug. 1828; anatomicus et physiologus eximius, praesertim de cerebri structurae cognitione meritus, in cranioscopia tamen nimius, olim Viennae, dein Parisiis medicinam fecit.

*1. Adv. Effigies similis, infra quam: Fr. Loos. Inscr. Dr. Franz Joseph Gall Aus Wien Geb. 1758. Im Forschen Kühn, Bescheiden Im Behaupten.

Av. Cranium humanum velo maximam partem denudatum, impositum cubo, in quo fax et Aesculapii baculus conspiciuntur. Inscr. Der Seele Werkstatt Zu Erspaehen Fand Er Den Weg. Exerg. Lehrte Zu Berlin 1805.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum. Wellenh. II, 2, 13711. Amp. 9525. Rud. 247.

*2. Adv. Effigies similis, infra quam: A/S. (Abramson.) Inscr. Josepho Gall Organ. In Cerebro Scrutatori.

Av. Cranium humanum cum angue. Inscr. Distribuit Partes Animae Sedemque. Exerg. Auditor. Berolinens. 1805.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum. Amp. 9526. Rud. 248.

*3. Adv. Effigies, infra quam: Barre F. Inscr. Josephus Gall.

Av. Aeger in lecto cubans, cui Aesculapius adstat, dextra ululam et vespertilionem advolitantes arcens, pede bufonem premens, pone eundem cranium basi impositum. Inscr. Aesculapio Salvatori. Exerg. 1820. B. F.

Num. bipollic. egregium aeneum. Wellenh. II, 2, 13709. Rud. 249.

*4. Adv. Effigies, infra quam: Barre Ft. 1828. Inscr. Frçois. Jph. Gall.

Av. In serto laurino verba: Au Créateur De La Physiologie Du Cerveau. Inscr. Né A Tiefenbrunn Gd Duché De Bade En 1758. Mort A Paris En 1828.

Num. $1^3/_4$ pollic. aeneum.

5. Iconisma ferro fusum tripollic. viri effigiem bene reddens. Rud. 250.

CCCCVI. Albert Thaer, natus Cellis d. 14. Maj. 1752, Gottingae doctor medicinae creatus 1774, in patria urbe per sat multos annos medicinam fecit, dein rei rusticae se dedit, eaque maximopere inclaruit, cujus amorem cultumque meliorem ubique excitavit; denatus in praedio Moeglin d. 26. Octb. 1828.

1. Adv. Effigies simillima. Inscr. Albrecht Thaer.

Numisma unilaterale metallo composito fusum et scalptum $3^1/_3$ pollic., quod anno 1824 in cel. viri jubilaeo solenniter celebrato, secundum Wichmanni bustum marmoreum, bene factum est. Rud. 649.

*2. Adv. Effigies, sub qua: C. Christensen. Inscr. Albrecht Thaer.

Av. In serto quercino verba: Fra Det Kongelige Landhuusholdings Selskab Til Kammerraad Enevold Borch.

Num. $1^1/_4$ pollic. aeneum egregium, cujus adversam Chri-

stensen Romae degens mandato societatis rei rusticae Hafniensis fecit; dein vero in honorem cel. Borch, praesidis sui multos per annos, aversam sculpi curavit societas illa. v. Kreber Mynt og Medaille-Samling, Kiobenh. 1841, n. 589.

*3. Adv. Effigies, sub qua: Brandt F. Inscr. Albrecht Thaer. Infra: Geb. D. 14 Mai 1752. Gest. D. 26 Oct. 1828.

Av. In serto frugum verba: Zur Erinnerung An Den Begründer Der Rationellen Landwirthschaft. 1839.

Num. $1^5/_6$ pollic. aeneum.

CCCCVII. Carolus Gothofredus Hagen, natus Regiomonti d. 24. Decbr. 1749, denatus ibidem d. 2. Mart. 1829; professor in urbe patria, de historia naturali, chemia et pharmacia meritissimus.

*1. Adv. Effigies, infra quam: G. Loos Dir. H. Gube Fec. Inscr. Dr. C. G. Hagen. Phys. Et Chem. Prof. Regiom. Or. Aquil. Rubr. Eq. Nat. D. 24 Dec. 1749.

Av. Pulpitum, cui liber et corona quercina imposita sunt, cum illius inscriptione: Lehrbuch der Apothekerkunst Inscr. Artem Per X Lustra Docendo Promovit. Meritiss. Seni Pharmacopolae Totius Regni Boruss. Exerg. D. 28 Sept. 1825. In ipso margine: Ex Officina Monetaria G. Loos. Fil. Berolin.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. argenteum. Rud. 291. Amp. 9586.

*2. Adv. Effigies duae, infra quas: G. Loos Dir. C. Pfeuffer Fec. Inscr. C. G. Hagen Geb. D. 24 Dec. 1749. Gest. D. 2 Maerz 1829. + C. F. Bucholz Geb. D. 16 Sept. 1770. Gest. D. 9 Juni 1818.

Av. In corona quercina verba: Preis Der Hagen-Bucholzschen Stiftung. Gegr. Im Sept. 1828.

Num. $1^2/_3$ pollic. argenteum.

CCCCVIII. Samuel Thomas a Soemmerring, natus Thoruni in Prussia d. 28. Jan. 1755, denatus Francofurti ad Moen. d. 2. Mart. 1830; summus anatomicus, omnes medicinae ac physices partes scriptis aeque numerosis quam egregiis auxit.

1. Iconisma secundum illud, quod Melchior Nymphaeburgi terra

quam vocant biscocta (biscuit) optime fecit, ferro fusum $4^3/_4$ pollic., effigiem simillimam sistens. Rud. 619.

*2. Adv. Effigies (prioris), ante quam baculus Aesculapii, infra quam: G. Loos Dir. C. Pfeuffer Fec. Inscr. S. Th. A Soemmerring Natus Thoruni D. 28 Jan. 1755. Doct. Creat. Gottingae D. 7 Apr. 1778.

Av. Basis cerebri. Inscr. Anatomicorum Principi Animae Organa Qui Aperuit Artis Virique Cultores. D. 7 Apr. 1828.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. argenteum. Rud. 620. Amp. 9990. Adversa depicta in: Rüppell Schaumünzen, tab. IV, n. 7. et ap. Kluyskens, II, 459.

CCCCIX. Johannes Fridericus Stromeyer, natus anno 1749, denatus Gottingae d. 27. Jun. 1830; longo ex tempore Gottingae felicissime medicinam fecit. Conf. de numo jubilari Blumenbach n. 2.

CCCCX. Christophorus Knape, natus d. 26. Decb. 1747, denatus d. 10. Decb. 1831 Berolini, ubi munere professoris anatomiae et medicinae forensis diu functus.

*Adv. Effigies simillima, infra quam: G. Loos Dir. C. Voigt Fec. Inscr. Christoph. Knape Med. Prof. Meritiss. Nat. D. 26 M. Dec. A. 1747.

Av. Aesculapius et Themis manibus junctis. Inscr. Utriusque Favore Inclaruit. Exerg. L. Ann. Doct. 6 Dec. 1823.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum, depictum in prima editione catal· Rudolph. Amp. 9674. Rud. 362.

CCCCXI. Georgius Christophorus Theophilus L. B. de Wedekind, natus Gottingae d. 8. Jan. 1761, denatus Darmstadii d. 28. Octob. 1831; medicus practicus meritissimus, scriptis et factis celeber.

*Adv. Effigies, sub qua: Goetze F. Inscr. Dr. Georgius L. B. De Wedekind Nat. D. 8 Jan. 1761.

Av. Baculus Aesculapii. Inscr. De Arte Medica Per L Annos Optime Merito Medici Darmstadienses. D. 14 Jun. 1830.

Num. $1^1/_2$ pollic. stanneum egregium.

CCCCXII. Carolus Asmundus Rudolphi, natus Holmiae d. 14. Jul. 1771, denatus Berolini d. 29. Novbr. 1832; anatomicus et physiologus celeberrimus, maxime de doctrina de vermibus intestinalium, de physiologia plantarum et

animalium meritus, numismatum scientiam magno coluit studio.

*1. Adv. Effigies, infra quam: F. Putinati F. 1832. Inscr. Carolus Asmundus Rudolphi N. Holmiae D. 14 Jul. 1771.

Av. Sertum florum, in quo: Observationes Anatomicae Plantar. Anatome Entozoologia Physiologia Familiar. Recentior. Numismata.

Num. 2 pollic. aeneum egregium. Depict. ap. Kluyskens, II, 405.

*2. Adv. Effigies, infra quam: Koenig F. Loos Dir. Inscr. C. Asmund. Rudolphi M. Dr. Et Prof. Berol. R. Bor. A Cons. Secr. Rei Med. Ord. Aq. Rubr. Eq. Nat. Holmiae D. 14 Jul. 1771.

Av. Duo plantae rami ex cranii humani orbitis ascendentes, superne semicirculus stellarum et papilio inscriptionem continens: Qui Occulta Natur. Animantium Indefesso Studio Scrutatus Doctrinae Copia Plurimis Profuit Decess. Berol. D. 29 Nov. 1832.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

*3. Iconisma $3^1/_2$ pollic. ferro fusum effigiem viri cel. sistens.

CCCCXIII. Fridericus Theophilus Hayne, natus d. 18. Mart. 1763, denatus Berolini d. 13. Apr. 1832; botanices professor Berolinensis meritus.

Toreuma $3^1/_4$ pollic. ferreum effigiem exhibens. Rud. 298.

CCCCXIV. Johannes Wolfgang de Goethe, natus Francofurti ad Moen. d. 28. Aug. 1749, denatus Vinariae d. 22. Mart. 1832; poëta summus, ingeniosus naturae scrutator, Germaniae decus.

*1. Adv. Effigies. Inscr. Joannes Wolfgang Goethe.

Av. Aquila solem petens. In terra lyra et larva lauro revinctae. Exerg. H. Boltschaus(er) F.

Num. $1^1/_4$ pollic. stanneum. Hausch. n. 328. Lengn Nachr. II, 194, 9. Depict. in Rüppell Frkft. tab. VI, n. 1. Rud. 278.

*2. Adv. Effigies. Inscr. Johann Wolfgang De Goethe. Aetatatis Suae 66 Anno.

Av. Pegasus. Inscr. *Αγ ω φιλον μοι πεγασου πτερον.*

Num. $3^1/_2$ pollic. ferro fusum, Schadowii patris manu para-

tum, optimis quibuscunque aequiparandum. Goethe's Kunstsamml. II, n. 1448. Rud. 279.

*3. Iconisma effigiem referens, secundum Tieckii bustum, ferro fusum $3^1/_2$ pollic. unilaterale. Rud. 280.

*4. Adv. Effigies, sub qua: A. Bovy F. 1824. Inscr. Goethe.
Av. Aquila sursum volans, unguibus sertum laurinum tenens.
Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 281. Amp. 9557. Depict. in Rüppell l. c. tab. III, n. 1.

5. Adv. Effigies duae valde elevatae, capite non vittato. Inscr. Carl August Und Luise (Magnus Dux et Ducissa Vinarienses).
Adv. Effigies poëtae valde elevata, cui inferne nomen incisoris: Brandt F. immissum est, inter duos ramos laurinos. Infra: Goethen (continuatio inscriptionis adversae).
Num. $1^7/_{12}$ pollic. rarissimum. Cum Vinariae scilicet laudes non tulerit, paucissima tantum specimina edita sunt. Rud. 282.

*6. Adv. Effigies duae, caput vitta cinctae, Magni Ducis et Ducissae Vinariae; literis immissis: Brandt F. Inscr. nulla.
Av. Effigies poëtae laureati. Inscr. nulla. In ipso margine literis immissis: Carl August Und Luise. Goethen. Zum VII Novbr. 1825.
Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 283. Amp. 9559. Depict. apud Rüppell l. c. tab. III, n. 4.

*7. Adv. Effigies, sub qua: Ang(elica). Facius. Inscr. nulla.
Av. Sertum, quercu, lauro et oliva mixtum verba includens: Dem VII Nov. 1825. (Quo die quinquaginta ante annos Goethe Vinariam adierat.)
Num. $1^1/_6$ pollic. aeneum. Amp. 9558. Rud. 284. Rudolphi narrat, se ectypum hujus numi vidisse, cujus adversa eadem, cujus aversa autem hanc exhibuisset inscriptionem: Goethen Zum 28 August. Pompei. 1831. Depict. apud Rüppell l. c. tab. III, n. 3.

*8. Adv. Effigies, sub qua: G. Loos Dir. F. Koenig F. Inscr. Joh. Wolfg. von Goethe.
Av. Terpsichore et Melpomene capiti poëtae chelyn tenentis sertum imponunt. Exerg. 1826.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum. Amp. 9556. Rud. 285. Depict. apud Rüppell l. c. tab. III, n. 2.

*9. Adv. Insignia urbis Francofurtensis, aquila scil.

Av. Zu Goethe's Hundertjähriger Geburtsfeier. Am 28 August 1849. In ipso margine: Zwey Gulden.

Numus duorum florenorum pretium habens ab urbe poëtae patria ipso die natali editus est. Koehne Zeitschr. 1851, p. 94.

*10. Adv. Effigies, ut n. 4, sub qua: A. Bovy F. 1831. Inscr. J. Wolfg. Goethe.

Av. Caput Jani supra caput leonis rudentis, inter cornua copiae, in summo areae aquila.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. In collectione lectissima cel. B. Friedlaenderi involucrum epistolae Goethianae, cujus sigillum areae aversae imaginem exhibet, qua de causa commotus cel. vir conjectura auguratur, Goethium ipsum hujus signi autorem esse. Aversa depicta apud Rüppell l. c. tab. III, n. 1^c.

*11. Adv. Effigies laureata, in cujus basi: F. Koenig F., sub qua: G. Loos Dir. Inscr. Jo. W. De Goethe Nat. D. 28 Aug. 1749.

Av. Cygnus Goethium lyram tenentem ad astra tollens. Inscr. Ad Astra Rediit D. 22 Mart. 1832.

Num. $1^2/_3$ pollic. aeneum. Depict. apud Rüppell l. c. tab. III, n. 5. Kluyskens, I, 365.

*12. Adv. Effigies, sub qua: W. Kullrich F. Inscr. Goethe. Geb. 28 Aug. 1749. Gest. 22 Maerz 1832.

Av. Corona quercina, in qua verba: Zur Erinnerung An Den 28 August 1849.

Num. $1^5/_{12}$ pollic. aeneum.

13. In „Goethe's Kunstsammlungen" II, n. 1450 iconisma fusum describitur unilaterale, effigiem poëtae a dextra exhibens, a tergo tripodem, in fronte ramum laurinum, 4 pollic.

CCCCXV. Franciscus de Zach, natus Pestini anno 1754, denatus anno 1832; astronomus celeberrimus.

*Adv. Libri, sextans cum perspicillo etc. Inscr. Ut Tuis Curis Adjuti Gaudeant Posteri. Exerg. Diu Vivas.

Av. Votorum Illustriss. Viro Francisco De Zach. Die Natali

D. 15 Junii 1796 Pio. Et Grato Animo Exhibit. Mem. Serv.
Num. pollic. argenteum. Wellenh. 15128.

CCCCXVI. Sigismundus Fridericus Hermbstaedt, natus Erfordiae d. 14. Apr. 1760, denatus Berolini d. 22. Octb. 1833; chemicus, praesertim respectu agriculturae et artium meritus.

Iconisma ferro fusum 3 pollic. effigiem simillimam sistens. Rud. 309.

CCCCXVII. Ernestus Ludovicus Heim, natus d. 22. Jul. 1747, denatus d. 15. Septb. 1834; medicus Berolinensis summae meritaeque famae.

* Adv. Effigies, infra quam: Brandt F. Inscr. Ern. Ludov. Heim Doctor Creatus D. 15 Apr. 1772. Natus D. 22 Jul. 1747.

Av. Aesculapius sedens florum fasciculum offerens. Inscr. Nullam Diem Perdidit. Exerg. 1822.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum. Wellenh. II, 2, 13855. Amp. 9613. Rud. 300.

CCCCXVIII. Daniel Eberhardus Guenther, natus in Thuringia d. 11. Jun. 1752, denatus d. 11. Aug. 1834; anatomicus et medicus practicus, ut et professor medicinae Duisburgensis.

Adv. Effigies, infra quam: Pfeuffer F. G. Loos Dir. Inscr. D. E. Guenther Med. Doct. Et Acad. Quond. Duisburgens. Professori.

Av. Sertum quercinum, in quo verba: Medico Experientissimo Salutifero Indefatigato Pauperum Patri Civi Optimo Civitas Duisburgensis D. D. D. Kalend. Octobr. 1822.

Num. $1^1/_2$ pollic. Wellenh. II, 2, 13818. Amp. 9577. Rud. 287.

CCCCXIX. Johannes Augustus Guilelmus Hedenus, natus in Thuringia d. 11. Aug. 1760, denatus Dresdae d. 29. Decbr. 1836; archiater regis Saxoniae, varias observationes medicas et chirurgicas in diariis medicis divulgavit.

*Adv. Effigies, sub qua: Krueger F. Inscr. J. A. G. Hedenus Per X Lustra Medicus Sagatus Et Togatus. Dresdae D. 16 Julii 1833.

Av. Medicus vulnera militis sedentis obligans. Inscr. Ore

Docens Artem Dextra Fert Arte Salutem. Exerg. Collegarum et Amicorum Pietas.

Num. $1^1/_3$ pollic. argenteum.

CCCCXX. CHRISTOPHORUS GUILLELMUS HUFELAND, natus Longosalissae Thuringorum d. 12. Aug. 1762, denatus Berolini d. 25. Aug. 1836; vir sagacissimus, humanissimus, in omni medicinae parte scribendo et docendo meritissimus.

*1. Adv. Effigies, infra quam: Brandt F. Inscr. Christ. Guil. Hufeland.

Av. Genius alatus mulierem ante monumentum cum duobus infantibus subsidentem sublevare conatur, eique simul pateram porrigit. Post tergum mulieris alter genius filum vitae protrahit. Exerg. Naturae Praecepta Colens Morbisque Medetur Filaque Parcarum Lentius Ire Docet. D. XXIV M. Jul. 1833.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Depict. ap. Kluyskens, II, 43.

*2. Adv. prioris.

Av. Natus Thuringorum 1762 12 Aug. Obiit Berolini 1836 25 Aug.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

CCCCXXI. ANDREAS JOSEPHUS L. B. A STIFFT, natus d. 29. Novb. 1760, denatus d. 16. Jun. 1836; archiater imperatoris Austriae.

*1. Adv. Effigies, sub qua: J. Lang F. Inscr. Andreae Josepho L. B. De Stifft. Ob Magna In Principem In Patriam In Rem Medicam Merita. Ordo Medicor. Vien. 29 Nov. 1826.

Av. Navicula, in qua Caesar inter attonitum Charontem et genium Aesculapii baculum ferentem et navem terram versus dirigentem stat, ubi in litore Austria laeta. Infra: Plenker Inv. Inscr. Augustum Gravitate Mali Fert Febris Ad Orcum. Hippocrates Retro Dirigit Arte Ratem.

Num. $1^5/_6$ pollic. argenteum. Wellenh. II, 2, 14853. Rud. 624.

*2. Adv. Effigies, sub qua: J. D. Boehm F. Inscr. Andreas Liber Baro De Stifft.

Av. Inter serta laurinum et quercinum verba: Lauream Se-

misecularem Celebrat Ordo Medicorum Vindobonensium 1834. — Nat. 29 Nov. 1760. Prom. 21 Aug. 1784.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. aeneum. Wellenh. II, 2, 14854.

CCCCXXII. Johannes Bartholomaeus Trommsdorff, natus Erfordiae d. 8. Maj. 1770, denatus d. 8. Mart. 1837; professor chemiae et pharmaciae Erfordiensis, de utraque meritissimus.

* Adv. Effigies, infra quam: F. Koenig F. Inscr. Joannis Barthol. Trommsdorffii Semisecularia Pharmaceutica D. 1 Oct. 1834.

Av. Aesculapius facem paterae admovet a puero sibi oblatae, a tergo alter puer mortario utens. Inscr. Fax Divina Coquit Succos Morbisque Medetur. Exerg. Tessera Amicorum.

Num. $1^{7}/_{12}$ pollic. aeneum.

CCCCXXIII. Casparus Maria Comes de Sternberg, natus Pragae d. 6. Jan. 1761, denatus d. 20. Decbr. 1838; botanicus eximius.

*Adv. Effigies, infra quam: Loos D. Koenig F. Inscr. Casparus Comes Sternberg. Nat. Pragae VI Jan. 1761.

Av. In florum corona verba: Naturae Et Florae Utriusque Scrutator Indefessus.

Num. $1^{1}/_{2}$ pollic. aeneum.

CCCCXXIV. Georgius Pickel, natus Sommeraci ad Moen. d. 20. Novb. 1751, denatus d. 20. Jul. 1838; professor chemiae Herbipolitanus, qui apparatum etiam chirurgicum utiliter auxit.

*Adv. Effigies, sub qua: Neuss F. Inscr. Georgio Pickel D. 20 Novembr. 1751 Sommeraci Nat. D. 1 Sept. 1778 Med. Doct. Promot.

Av. Sertum laurinum, in quo verba: D. 1 Sept. 1828. Inscr. Chemiae Professori Virceburgensi Celeberrimo Collegae Discipuli Amici.

Num. $1^{1}/_{2}$ pollic. argenteum. Rud. 514.

CCCCXXV. Fridericus Mohs, natus Gernrodae d. 29. Jan. 1774, denatus d. 29. Septb. 1839; professor mineralogiae celeberrimus Freibergae Saxonum et Viennae Austriae.

Adv. Effigies, infra quam: J. Cesar F. Inscr. Fried. Mohs

Nat. Gernrodae. In. Silva. Hercynia. XXIX Jan. 1773. V(ixit). A(nnos). LXVI. M(enses). VI (rectius 8).

Av. Liber apertus, quatuor formas primarias crystallorum sistens, supra quem ulula, malleus, tudes et lampas fossorum, circumdata fronde quercina, laurina et vepribus. Infra: Fecit Saxa Loqui.

Cfr. Kunstblatt, 1843, p. 44.

CCCCXXVI. FRIDERICUS LUDOVICUS KREYSIG, Eilenburgi in Saxonia natus d. 7. Jul. 1770, denatus Dresdae d. 4. Jun. 1839; olim professor medicinae Wittenbergensis, dein archiater regis Saxoniae, auctor magni de cordis morbis operis.

Toreuma serto quercino artificiosissime cinctum quadripollicare, effigiem simillimam sistens, ferreum. Epigraphe: Friedrich Ludwig Kreysig. Hypographe: Berlin Im September 1828. In effigiei basi artificis nomen: Kiehlmann legitur. Rud. 367.

CCCCXXVII. JOSEPHUS FRANCISCUS L. B. DE JACQUIN, natus Schemnicii Hungariae d. 17. Febr. 1766, denatus Viennae d. 9. Decbr. 1839; professor chemiae et botanices Vindobonensis.

*Adv. Effigies, sub qua: J. Bernsee F. Inscr. Jos. L. B. De Jacquin Naturae Scrutator Semperflorens.

Av. Genius velum naturae detrahit. Exerg. 1836.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum. Wellenh. II, 2, 13966.

CCCCXXVIII. JOHANNES FRIDERICUS BLUMENBACH, natus Gothae d. 11. Maj. 1752, denatus Gottingae d. 22. Jan. 1840; vir ingenio, eruditione, facundia aeque magnus, anatomiae, physiologiae totiusque historiae naturalis promotor.

*1. Adv. Effigies. Inscr. J. Fr. Blumenbach Nato Gothae D. 11 Maji 1752 Doct. Creato Gottingae D. 19 Sept. 1775.

Av. Cranium europaeum inter aethiopicum et mongolicum. Infra: G. Loos Dir. H. Gube F. Inscr. (contin. adversae) Naturae Interpreti, Ossa Loqui Jubenti, Physiophili Germanici. D. 19 Sept. 1825.

Num. fere bipollic. argenteum, depict. apud Rud. (in 2da editione catal.) Rud. 78. Amp. 9330. Wellenh. II, 2, 13274. Depict. Kluyskens, I, 134.

*2. Adv. Pallas arae tria imponens serta. Inscr. Solennib. Mun. Profess. Quinquagenariis. Exerg. A. 1826. — G. Loos D. Pfeuffer F.

Av. Stellarum corona, infra quam: Triumviris Joanni Friderico Blumenbach Jo. Fr. Stromeyer Jo. Godofr. Eichhorn Grata Georgia Aug.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. argenteum. Amp. 9331. Rud. 79.

*3. Adv. Effigies, infra quam: S. Jacobson. Inscr. J. F. Blumenbach.

Av. Inscr. Sagaci Naturae Interpreti. In corona laurina verba: Multa Fiunt Eadem Sed Aliter. Exerg. Grata Cultorum Reverentia.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Descript. in catal. collect. Kreberianae, Hafn. 1841, n. 588.

CCCCXXIX. Carolus Ferdinandus de Graefe, natus Varsaviae d. 8. Mart. 1787, denatus Berolini d. 4. Jul. 1840; universitatis Berolinensis, ex quo fundata fuit, membrum, chirurgus eximius, scriptis plurimis celeberrimus.

*Adv. Effigies simillima, secundum Poschii ceram, infra quam: G. Loos Dir. C. Pfeuffer F. Inscr. Car. Ferd. De Graefe Regi A. Cons. Med. Int. Chir. Milit. Summo Praef. Plur. Ord. Eq.

Av. Sertum quercinum, in quo verba: Profess. Meritissimo Chirurgo Incomparabili Auditores Obsequiosissimi D. VIII M. Mart. A. 1829.

Num. $1^3/_4$ pollic. argenteum. Rud. 286b. Kluyskens, I, p. 370.

CCCCXXX. Henricus Guillelmus Matthaeus Olbers, natus Bremae d. 11. Oct. 1758, denatus d. 2. Mart. 1840; doctor medicinae et astronomus celeberrimus, primus Palladem et Vestam detexit.

*1. Adv. Effigies, sub qua: G. Loos Dir. C. Pfeuffer Fec. Inscr. Heinr. Wilh. Math. Olbers. Geb. D. 11 Oct. 1758. Doctor Der Heilkunde D. 28 Dec. 1780.

Av. In corona stellarum verba: Dem Entdecker Der Pallas U. Der Vesta, Dem Erforscher Der Kometenbahnen, Ihrem Hochverehrten Directions Mitgliede Am Jubeltage

Seiner Doctor Würde Die Gesellschaft Des Museums Zu Bremen. D. 28 Dec. 1830.

Num. $1^5/_6$ pollic. aeneum egregium.

*2. Adv. Duo gryphi sertum rostris tenent, supra quod capita Vestae et Palladis. Exerg. 28 Mart. 1802. — 29 Mart. 1807. F(ried). K(oenig).

Av. Guillelmo Olbers Palladis Et Vestae Sacerdoti Semisaecularis Doctoris Honores Gratulantur Sodales. Zach. Lindenau. Diem 28 M. Decbr. 1830.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. aeneum.

*3. Tertium exstat numisma, quo celeberrimi viri memoria posteritati traditur, una cum R. G. Trevirani, quod societas musei Bremensis in honorem naturae scrutatorum ibidem anno 1844 consociatorum cudi curavit. De quo cfr. infra Append. II, n. 11.

CCCCXXXI. Johannes Nepomucenus Rust, natus in Silesia d. 5. Apr. 1775, denatus d. 9. Octb. 1840; chirurgus celeberrimus.

*Toreuma ferro fusum $3^1/_2$ pollic. effigiem sistens.

CCCCXXXII. Johannes Stieglitz, natus Arothiae in Westphalia d. 10. Mart. 1767, doctor promotus d. 25. Apr. 1789, denatus Hannoverae d. 31. Oct. 1840; e gente judaica ortus christianam fidem sibi adoptavit, archiater regis Hannoverae, sagacissimus medicus.

*Adv. Effigies, sub qua: Brandt F. Inscr. Jo. Stieglitz. Eq. Archiat. Hannov. Nat. Arolsen D. 10 Mart. 1767. Doct. Promot. Goetting. D. 25 Apr. 1789. Medici Hannoverani D. D.

Av. Aesculapius tabulam nomine „Stieglitz" insignitam columnae pronai affigit, cui nomina „Werlhof, Zimmermann, Wichmann, Lentin" jam adscripta sunt. Inscr. fastigii templi: Procul Este Profani. Exerg. 25 April 1839.

Num. $1^3/_4$ pollic. aeneum.

CCCCXXXIII. Ignatius Doellinger, anatomiae professor Monacensis, natus Bambergae d. 24. Maj. 1770, denatus d. 14. Jan. 1841.

Adv. Effigies, infra quam: F. Wolbreck. Inscr. Dr. J. Doellinger.

Toreuma unilaterale $7^1/_2$ pollic. Beierlein, IV, p. 10.

CCCCXXXIV. BERNHARDUS CHRISTOPHORUS FAUST, natus Rothenburgi in Hassia d. 23. Maj. 1755, denatus Bückeburgi d. 25. Jan. 1842; scriptis numerosis, maximam partem philantropicis, celeber, archiater principis Schaumburgo-Lippiaci.

*Adv. Bernhardo Christophoro Faust Consil. Et Medico Suo Decem Abhinc Lustra Summis In Medicina Honorib. Rite Ornato Amicus Georgius Guilelmus Princeps Schaumburgo-Lippiacus XIV A. Cal. Aug. 1827. Infra: Maas Fecit.

Av. Inscr. Nihil Humani A Se Alienum Putavit Sanos Servare Dolores Sauciorum Lenire Contagia Arcere Frumenta Recondere Et Domus Ad Solem Vertere Docuit.

Num. $1\frac{1}{2}$ pollic. aeneum. Rud. 210.

CCCCXXXV. SAMUEL CHRISTIANUS FRIDERICUS HAHNEMANN, natus Misenae d. 10. Apr. 1755, denatus Parisiis d. 3. Jul. 1843; inventor medicinae sic dictae homoeopathicae.

*1. Adv. Effigies, sub qua literis immissis: D. S. Hahnemann.
Num. unilaterale $\frac{2}{3}$ pollic. plumbeum.

*2. Adv. Effigies, sub qua: Krueger F. Inscr. Samuel Hahnemann Natus Misenae D. 10 Aprilis 1755. Doctor Creat. Erlangae D. 10 Augusti 1779.

Av. Inscr. areae: Similia Similibus. Inscr. marg.: Medicinae Homoeopathicae Auctori Discipuli Et Amici. D. 10 Augusti 1829.

Num. $1\frac{1}{2}$ pollic. argenteum. Amp. 9588.

*3. Adv. Effigies valde elevata, sub qua: Emile Rogat 1836. Inscr. Samuel Hahnemann.

Av. Intra circulum a serpente caudam mordente formatum verba: Similia Similibus Curantur. Inscr. continuat. adversae: Né A Meissen Le 10 Avril 1755. Venu En France Le 25 Juin 1835. A Leur Maitre Les Homoeopathistes Français.

Num. egregium $1\frac{1}{12}$ pollic. aeneum.

CCCCXXXVI. CAROLUS FRIDERICUS A KIELMEYER, natus prope Tubingam d. 22. Octb. 1765, denatus d. 24. Sept. 1844; meritissimus germanorum physicorum, qui docendo magis quam scribendo scientias physicas juvit.

*Adv. Effigies, sub qua: Loos D. Held F. Inscr. Carol. Fried. Kielmeyer. Nat. Bebenhusae 22. Oct. 1765.

Av. Corona e fronde quercina et floribus frondeque Kielmeyeriae roseae facta, in qua verba: 11 Febr. 1793. Inscr. Germaniae Physicorum Pietas M. Septembr. 1834.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum. Binder, p. 579, n. 45.

CCCCXXXVII. Johannes Wendt, natus in Silesia d. 26. Oct. 1777, denatus Vratislaviae 1845; medicinae professor Vratislaviensis meritissimus.

*1. Adv. Effigies, sub qua: H. Gube F. Inscr. Doct. Joh. Wendt K. Pr. Geh. Medicinal Rath U. Professor Ordinar. Am 26 Octbr. 1828.

Av. Hygiea angui sacro pateram offert. Circumcirca sertum quercinum, in quo superne et inferne signa latomorum.

Num. $1^5/_6$ pollic. argenteum. Rud. 699.

*2. Adv. Effigies, infra quam: G. Loos Dir. C. Pfeuffer F. Inscr. Doctor Johann Wendt In Breslau.

Av. Aesculapii ara, ad cujus sinistram illius baculus, ad dextram ulula. Inscr. Die Groesste Weisheit Ist Ein Wahrer Mensch Zu Sein.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

CCCCXXXVIII. Carolus Jacobus Carstanjen, natus Duisburgi d. 2. Febr. 1763, denatus d. 13. Septb. 1840, doctor creatus d. 3. Mart. 1785; professor in urbe patria.

*Adv. Effigies, sub qua: C. Pfeuffer F. Inscr. C. J. Carstanjen Med. Dct. Et Prof. P. O. In Univ. Lit. Quondam Duisburg.

Av. Sertum laurinum et hederaceum, in quo inscr. 12 linear.: Viro Illustrissimo — 1835, supra quam baculus Aesculapii et palma.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

CCCCXXXIX. Henricus Cotta, natus in Thuringia d. 30. Octb. 1763, denatus d. 25. Octb. 1844; multum de re saltuaria emendanda meruit, cujus rei praecepta per decem lustra maxima cum laude auditoribus in oppido Tharand tradidit.

*Adv. Effigies, sub qua: E. Koenig Fec. Inscr. Heinrich Cotta. Geb. Am 30 Oct. 1763.

Av. Corona quercina, in qua: Nach 50jährigem Lehren Der Forstwissenschaft. Superne: Tharand Am 20 Aug. 1836. Inferne: Von Seinen Verehrern Und Freunden.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum.

CCCCXL. Johannes Arnoldus Josephus Buettner, natus Halberstadii d. 24. Mart. 1767, denatus d. 8. Jan. 1844; de re medica in exercitu borussico multum meruit.

*Adv. Effigies, sub qua: Brandt F. Inscr. J°· Arⁿ· Jos. Büttner Eq. Inter Supremos Med. Milit. Praefectos Secundus Medici Castrenses Boruss. D.

Av. Aesculapius armis insidens dextra statuam naturae monstrat; baculo nomen Brandt inscriptum. Inscr. In Memoriam Solemn. X Lustr. Off. Exact. Exerg. D. XV Octobr. 1835.

Num. $1^3/_4$ pollic. aeneum.

CCCCXLI. Franciscus Wirer, eques a Rettenbach, medicus de thermis prope oppidum Ischl sitis bene meritus, denatus d. 30. Mart. 1844.

*Adv. Effigies, infra quam: K. Lange. Inscr. Franciscus Wirer Eques A Rettenbach.

Av. Aram adstant Hygiea, Concordia et Liberalitas. Inscr. Ex Concordia Et Liberalitate Spes. Exerg. Societ. R. C. Med. Vienn. Fundatori. S. 1843.

Num. $2^1/_8$ pollic. aeneum.

CCCCXLII. Johannes Guillelmus de Wiebel, natus Berolini d. 24. Octb. 1767, denatus d. 6. Jan. 1847; archiater regius, summus medicorum exercitus praefectus.

*Adv. Effigies, sub qua: Brandt F. Inscr. Jo. Guil. De Wiebel Eq. Med. Milit. Supremus Praefectus. Infra: Medici Castrenses Boruss. D.

Av. Monumentum tropaeis circumdatum, in quo Aesculapius infra nomina Holzendorff, Schmucker, Theden et Goercke illud „Wiebel" inscribit. Inscr. In Memoriam Solemn. X Lustra Off. Exact. Exerg. D. 1 Oct. 1834.

Num. $1^3/_4$ pollic. aeneum. Est mihi aliud specimen absque margine adversae elevato, quod inscriptionis literas immissas sistit.

CCCCXLIII. Ernestus de Feuchtersleben, natus 1806, de-

natus d. 3. Sept. 1849 Viennae Austriae; medicus practicus et poëta.

*Adv. Effigies, infra quam: C. Radnitzky F. Inscr. Ern. L. B. A Feuchtersleben. Fac. Med. Vind. Dec. 1845—47. Nat. 1806. Ob. 1849.

Av. Statua naturae serpente cincta e patera bibente; ad dextram lyra hermae apposita. Inscr. Medico. Philosopho. Poëtae. Exerg. Collegium Doctorum Fac. Med. Vind. 1851.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. aeneum egregium.

CCCCXLIV. Gothofredus Schadow, natus Berolini d. 20. Maj. 1764, denatus ibidem d. 27. Jan. 1850. Sculptor eximius, quem hic silentio praeterire propter opera de mensuris, proportionibus et motibus corporis humani et vultus formis non licet.

*1. Adv. Effigies. Inscr. J. G. Schadow Geb. Berlin 20 Mai 1764. Mitgl. D. Akad. 1788. Director 1816.

Av. Perseus cum Andromeda de rupe descendens, sub quibus C. Fischer F. Inscr. (ad sinistr.): Zu Rom 18 Oct. 1786. Gekroent V. D. Ak. S. Luc. (Ad dextr.): Zu Berlin 20 Mai 1834. Gefeiert V. D. Ak. D. K.

Num. egregium $2^{1}/_{4}$ pollic. aeneum fusum.

*2. Adv. Effigies, sub qua: W. K(ullrich). Inscr. Gottfried Schadow Bildhauer. Geb. D. 20 Mai 1764. Gest. D. 27 Jan. 1850.

Av. Parcae, in quarum basi: G. Schadow Inv. Et Sculp. In Marmore 1790. Exerg. Longaevum Servarunt Parcae.

Num. egregium $1^{11}/_{12}$ pollic. aeneum.

CCCCXLV. Laurentius Oken, natus Ortenavii d. 2. Aug. 1779, denatus Turici d. 11. Aug. 1851; ingeniosissimus naturae scrutator, sed plus doctrinae quam praxi deditus.

*Adv. Effigies, sub qua: Loos D. Koenig F. Inscr. Laurentius Oken Ortenaviensis Nat. D. II M. Aug. 1779.

Av. Simulacra numinum aegyptiacorum. Inscr. Ordines Corporum Organis Aequavit. Hypogr. Scrutatores Naturae Consociavit.

Num. $1^{1}/_{2}$ pollic. aeneum. Depict. ap. Kluyskens, II, 261.

CCCCXLVI. Christianus Henricus Pfaff, natus Stuttgardiae d. 2. Mart. 1773, denatus Kiloniae d. 24. Apr. 1852;

professor chemiae, de chemicae medicaminum constitutionis cognitione maxime meritus.

*Adv. Effigies, sub qua: Loos D. H. Lorenz F. Inscr. C. H. Pfaff Doct. D. Medicin. Am 5 Octob. 1793. Zum 5 Octob. 1843.

Av. Laboratorium chemicum, in quo philosophus experimentis operam dat. E fornice lampas pendet, supra quam: Lumen Spargendo Consumor. Exerg. Insigne slesvicense et holsaticum et literae: H. L. Inscr. marginis externi: Dankbare Schüler Ihrem Verehrten Lehrer.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. aeneum.

CCCCXLVII. Johannes Carolus Jacobus Lohmeyer, natus d. 27. Apr. 1784, denatus Berolini d. 25. Jul. 1852, de quo plura in numismate referuntur.

*Adv. Effigies, sub qua: C. P(feuffer). A(d). V(ivum). Fec Inscr. Dr. Joh. Carol. Jac. Lohmeyer. Eq. Med. Milit. Supremus Praefectus. Medici. Castrenses. Boruss. D.

Av. Mars, ad cujus pedes aquila borussica, prope Aesculapium sedentem, qui dextra tabulam indicat nomina Lohmeyeri et quinque praedecessorum sistentem. Exerg. In Memoriam Sollemn. X Lustra Off. Exact. D. 1 Jan. 1850. In margine: P. v. Cornelius Inv. C. Pfeuffer Fec.

Num. $1^{3}/_{4}$ pollic. argenteum egregium.

CCCCXLVIII. Bernhardus Augustus de Lindenau, natus d. 11. Jun. 1780, denatus d. 21. Maj. 1854; astronomus celeber.

Adv. Effigies, sub qua: Helfricht. Inscr. nulla.

Av. Sertum quercinum verba includens: Bernhard V. Lindenau Von Dankbaren Mitbürgern.

Num. $1^{1}/_{2}$ pollic. in cel. viri Gotham derelinquentis honorem percussum. Rud. 397.

CCCCXLIX. Fridericus Guillelmus Josephus a Schelling, natus Leonbergae in regno Würtembergiae d. 27. Jan. 1775, denatus in Helvetia d. 20. Aug. 1854: doctor medicinae et philosophiae, utriusque professor Jenensis, postea Monacensis, philosophus eximius.

*Adv. Effigies, infra quam: C. Pfeuffer F. Inscr. Fried. Wilh. Jos. V. Schelling. Geb. D. 27 Januar 1775.

Av. Philosophia, dextra evangelium, sinistra decalogum tenens; pone eam Diana Ephesia. Exerg. Zur Erinnerung An Das Wintersemester 1841/2 Von Freunden U. Verehrern In Berlin.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum.

CCCCL. Carolus Fridericus Gauss, natus Brunsvigae d. 30. Apr. 1777, denatus Gottingae d. 23. Febr. 1855; celeberrimus astronomus et mathematicus.

*Adv. Effigies, sub qua: Brehmer F. Inscr. Carolus Fridericus Gauss. Nat. 1777 April. 30. Ob. 1855. Feb. 23.

Av. In hederacea corona verba: Georgius V Rex Hanoverae Mathematicorum Principi. Inscr. continuat.: Academiae Suae Georgiae Augustae Decori Aeterno.

Num. $2^7/_{12}$ pollic. aeneum.

CCCCLI. Johannes Henricus de Chaufepié, natus Hamburgi d. 3. Novb. 1773, denatus d. 20. Mart. 1856; medicus practicus laudatissimus.

*Adv. Effigies, sub qua: F. Alsing F. Inscr. Jean Henry De Chaufepié Med. Et Chir. Dr.

Av. Areae inscr.: Dem Geehrten Kunstgenossen Zur Funfzigjaehrigen Jubelfeier Der Aerztliche Verein. Hamburg D. 4 Oct. 1844. Marginis inscr.: Preismedaille Des Aerztlichen Vereins.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum, donum beati viri, depict. in: Neuere Hamb. Münzen u. Med. St. 5. p. 221.

CCCCLII. Franciscus Xaverius de Haeberl, natus d. 25. Mart. 1759, denatus d. 23. Apr. 1846; medicinam Monachii cum laude fecit, in qua urbe auctor fundationis nosocomii fuit.

*Adv. Effigies, sub qua: Neuss. Inscr. F. X. Ab Haeberl Medicus Per X Lustra Optime Meritus. Infra: Monachii XVI Febr. 1834.

Av. Nosocomium a cel. viro Monachii institutum. Inscr. Ipse Medens Aegris Aedes Struit Arte Medendis. Exerg. Collegarum Pietas.

Num. $1^1/_2$ pollic. e metallo composito. Beierlein, IV, p. 24, tab. 3, n. 53.

CCCCLIII. Aloysius de Winter, natus d. 26. Apr. 1769, denatus d. 31. Jan. 1856; chirurgus primarius regis Bavariae.

Adv. Effigies. Inscr. Archiatro Aloysio De Winter Doctori Promoto 20 Aug. 1791.

Av. Medico Chirurgo Per X Lustra Optime Merito Collegarum Monac. Pietas. Infra: F. Koen(ig). F.

De hoc numo cfr. Beierlein, IV, p. 84, n. 157.

CCCCLIV. Fridericus Henricus Alexander ab Humboldt, natus Berolini d. 14. Sept. 1769, denatus d. 6. Maj. 1859, mundum et post mortem ingenii radiis illustrans; vir vasti fertilisque ingenii, de omnibus historiae naturalis partibus optime meritus, cujusque nomen summa laus est.

*1. Adv. Effigies, sub qua: F. Loos. Inscr. Frider. Henric. Alexander Ab Humboldt.

Av. Naturae scrutator sedens, ante eum globus terrestris Americam exhibens. Inscr. Novi Orbis Democritus. Exerg. In Felicem Reditum. Berolini 1805.

Num. 1 $^1/_2$ pollic. argenteum. Rud. 326.

*2. Adv. Effigies, infra quam: Brandt F. Inscr. Alexander Ab Humboldt.

Av. Phoebus currum agens per partem zodiaci, sub quo Neptunus, prope quem draco et Tellus dea, cui leo accubat. Inscr. Illustrans Totum Radiis Splendentibus Orbem. In basi: Brandt F. Exerg. Berolini. 1828.

Num. $2^1/_3$ pollic. aeneum, quod in honorem summi viri, qui praelectiones publicas de geographia physica habere non recusaverat, auditores grati et laetabundi auctumno 1828 percudi curarunt. Depict. in: Bolzenthal Denkmünzen z. Gesch. Friedr. Wilh. III. Berlin 1841, tab. XXVII, n. 135; aversa depicta in: Bolzenthal Skizzen z. Kunstgesch. der mod. Med. Arbeit. Berlin 1840, tab. 27. Rud. 327.

*3. Adv. Effigies, secundum Poschii ceram simillima, sub qua: C. Pfeuffer F. Inscr. Alexander Ab Humboldt. Infra: Nat. 14 Sept. 1769.

Av. In serto quercino verba: Flora Subt(erranea). Irrit(abilitas). Veg(etabilis). Et An(imalis). Iter Americ(anum).

Geogr(aphia). Plant(arum). Disq(uisitiones). Geol(ogicae). Et Magn(eticae). Lin(eae). Isoth(ermae). Infra: G. Loos Dir.

Num. 1½ pollic. aeneum, Decembri 1828 percussum. Rud. 328.

*4. Adv. Effigies, sub qua: K. F(ischer). A(d). V(ivum). Fec. Inscr. Alexander Von Humboldt. Infra: 1847. In margine: K. Fischer Ad Viv. Fec.

Av. In serto florum a cel. viro detectarum genius telescopium cum perpendiculo tenens dextra statuae naturae velamen detrahit; pone eum Sphynx; totum circumdat coeli zona. Inscr. *ΚΟΣΜΟΣ*. In margine: P. v. Cornelius Inv. K. Fischer Fec.

Num. 2⅓ pollic. egregium aeneum liberalitati amicissimi ab Olfers debeo.

*5. Adv. Effigies, sub qua: G. Loos Dir. H. B. Fec. Inscr. Alexander Von Humboldt.

Av. Humboldt in sella sedens dextra librum tenet; foemina sphaeram armillarem tenens dextra coronam ei praebet. Ad viri cel. pedes genubus innituntur ad dextram mostellum subterraneum petrefacta ei porrigens, ad sinistram genius mare profundum emetiens. In basi: H. Bubert Fec.

Num. 2¼ pollic. aeneum.

6. Adv. Effigies, sub qua: A. Bovy. Inscr. Alexander Von Humboldt Geb. In Berlin Den 14 Sept. 1769, 30 Tage Nach Napoleon Dem Ersten. Gest. 6 Mai 1859. Mit Dem Beinamen Der Neue Aristoteles.

Av. Serpens sibi caudam mordens, in quo inscriptio 28 linearum vitam enarrans. In margine: Massont Edit. Inscr. Der Groesste Gelehrte Des Jahrhunderts. Gründer Der Allgemeinen Physik Des Erdballs. Aeltester Der Mitglieder Des Instituts Von Frankreich.

Num. $2^{10}/_{12}$ pollic. Idem numus existit eadem continens sed idiomate gallico.

CCCCLV. Christophorus Hartung, natus Romhildae in Saxonia d. 11. Maj. 1779; medicus homoeopathicus in Lombardia.

*Adv. Effigies, infra quam: F. Broggi F. Inscr. Cristoforo Hartung J. R. Consiglieri Nato A Romshildo in Sassonia

Inferiore XI Maggio 1779. Creato Dottore L'Undici Agosto 1812 A Vienna Dalla Accademia Giuseppina.

Av. Similia Similibus Curantur. — Primo Omeopatico Nella Lombardia. Inscr. J Clienti Ed Amici In Segno Di Gratitudine Ed Amicizia. Milano 11 Maggio 1843.

Num. 2 pollic. aeneum.

CCCCLVI. Carolus Ritter, natus Quedlinburgi d. 7. Aug. 1779, denatus d. 28. Sept. 1859; professor Berolinensis, ethnographiae et geographiae reformator.

*Adv. Effigies, sub qua: F. Aberli F.

Av. Carolo Rittero Geographo Nato D. 7 Aug. A₀ 1779 Pio Gratoque Animo D.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum.

CCCCLVII. Fridericus Tiedemann, natus Cassellae d. 23. Aug. 1781, denatus d. 22. Jan. 1861; usque ad paucos abhinc annos professor Heidelbergensis, naturae scrutator eximius, anatomicus insignis.

*Adv. Effigies, sub qua: C. Voigt. Inscr. Fridericus Tiedemann. Nat. D. 23 Aug. 1781.

Av. Asterias, sub qua: Francof. A. M. D. 10 Mart. 1854. Inscr. Viro De Augenda Naturae Scientia Per X Lustra Egregie Merito Sodales.

Num. $1^2/_3$ pollic. argenteum, depict. ap. Kluyskens, II, 502.

CCCCLVIII. Josephus Hoerger, medicus Augustanus, natus in vico Oberdiessen in Bavaria an. 1779, semisaecularia doctoratus celebravit d. 30. Jun. 1854.

Adv. Gallus in lampade sedens inter frondem pampineam cum baculo Aesculapii. Inscr. Custodia Certa Salutis. Inferius: Ott F. Neuss D.

Av. Josepho Hoergero Medicinae Doctori Decem Lustris Summa Cum Laude Publica Peractis Collegae Augustani 1854.

Num. $1^1/_2$ pollic. describit Beierlein, IV, p. 26.

CCCCLIX. Carolus Gustavus Carus, natus Lipsiae d. 3. Jan. 1789; vir maximi ingenii, omnes fere partes medicinae amplectens, de anatome humana et comparata, de physiologia, de gynaecologia maxime meritus, artibus etiam in-

genuis incumbit, quas sua ipsius manu exercet, itineribusque colit.

*Adv. Effigies, sub qua: F. Ulbricht F. 1847. Inscr. Carl Gust. Carus. In margine: Geb. D. 3 Jan. 1789.

Av. Psyche inter genios diei et noctis.

Num. egregium $1^2/_3$ pollic. aeneum, cujus aversa a cel. Rietschl, sculptore Dresdensi, inventa.

CCCCLX. Eilhardus Mitscherlich, natus in Frisia orientali d. 7. Jan. 1794; professor chemiae Berolinensis, cui scientia gravissima debet inventa.

*Adv. Effigies, sub qua ℱ (Carol. Fischer). Inscr. Professor Eilhard Mitscherlich Auditores Grati. Berolini. 1838.

Av. Statuae naturae a genio facem tenente velum detrahitur, alter genius sedens in tabulam aliquid adnotat. Sub sella signum artificis. Exerg. Accendens Lumina Rebus.

Num. $1^{10}/_{12}$ pollic. fusum aeneum.

CCCCLXI. Johannes Lucas Schoenlein, natus Bambergae d. 30. Novb. 1793; professor medicinae Turicensis, dein Berolinensis, archiater regis Borussiae, adhuc dum viget patriae decus.

*Adv. Effigies, sub qua: A. Bovy F. Inscr. Johannes Lucas Schoenlein.

Av. Jo. Lucae Schoenlein Medico In Memoriam Virtutis Atque Honoris Cives Turicenses. 1839.

Num. $1^1/_2$ pollic. argenteum.

CCCCLXII. Eduard Rueppell, natus Francofurti ad Moen. d. 20. Novb. 1794; itineribus per Africam clarus suo aere peractis, e quibus thesauros historiam naturalem maxime augentes reportavit, urbi patriae dono datos, quae se talibus dignam civibus numismate probavit. Novissimis temporibus rei etiam numismaticae operam dat, meque benevolus in hoc catalogo scribendo adjuvit.

*Adv. Effigies, sub qua: C. Pfeuffer F. G. Loos Dir. Inscr. Eduardus Rüppell M. Doct. Nat. Francofurti Ad Moen. D. 20 Nov. 1794.

Av. Civi Reduci Terrarum Quas Nilus Irrigat Scrutatori Indefesso S. P. Q. F. 1828.

Num. Decembri 1828 percussum, $1^{11}/_{12}$ pollic. aeneum. Rud. 584. Depict. apud Rüppell, tab. IV, 8.

CCCCLXIII. Justus L. B. de Liebig, natus Darmstadii d. 8. Maj. 1803; chemicus sagacissimus, experientissimus, creator chemiae organicae.

*Adv. Effigies, sub qua: C. G. K(orn). Inscr. Justus L. B. De Liebig Medic. Et Philos. D. A. Chem. P. P. O. Monachensis.

Av. Inter serta quercinum et laurinum scientia fructus a duabus mulieribus sibi oblatos accipit. Ante eam puer apparatum chemicum tenens. Infra: Korn In Mainz.

Num. 2 pollic. argenteum. Depict. ap. Kluyskens, II, 153.

CCCCLXIV. Carolus Pfeuffer, professor Monacensis ingeniosissimus, per totum medicinae ambitum meritissimus.

*Adv. Effigies, sub qua: C. Voigt. Inscr. Doctori Carolo Pfeuffer.

Av. Baculus Aesculapii inter duos ramos laurinos. Inscr. In Memoriam Anni 1854 (quo cholera saevissime Monachii grassata est) Medici Bavariae.

Num. $1^{2}/_{3}$ pollic. argenteum.

CCCCLXV. Johannes Henricus Barth, investigator Africae intrepidus et felix.

*Adv. Caput Hammoniae, sub quo: G. Loos Dir. Bubert F.

Av. Sertum laurinum, insignia civitatis Hamburgensis gestans, verba includens: Dem Kühnen Und Glücklichen Erforscher Africas, Hamburgs Sohne Dr. Joh. Heinr. Barth Der Senat Den 1 October 1855.

Num. bipollicare, cujus ectypon stanneum mihi est.

CCCCLXVI. Johannes Henricus Locher, medicinae doctor Gottingensis, chirurgus Turicensis meritissimus.

*Adv. Effigies, sub qua: F. Aberli.

Av. Inscr. 8 linear.: Med. Doct. Heinrich Locher Prof. Der Chirurgie In Zürich 1833 — 1860 Dem Treuen Lehrer Dankbare Schüler Mai 1860.

Num. $1^{2}/_{3}$ pollic. aeneum.

CCCCLXVII. Guillelmus Haidinger, natus Viennae Austriae, d. 5. Febr. 1795; membrum academiae scientiarum Vindobonensis, physicus et mineralogus eximius.

*Adv. Effigies, infra quam: K. Lange. Inscr. Wilhelm Haidinger.

Av. Globus terrestris zodiaco circumdatus. Inscr. Nie Ermüdet Stille Stehen. 1856.

Num. egregium $2^4/_{12}$ pollic. aeneum.

CCCCLXVIII. Christianus Leopoldus L. B. a Buch, mineralogus et geologus nostri aevi celeberrimus, nat. d. 26. Apr. 1774, denatus Berolini d. 4. Mart. 1853.

*Adv. Effigies, sub qua: E. Weber F. Inscr. Leopold V. Buch. Geb. 1774. Gest. 1853. Sein Herz War Seines Geistes Würdig.

Av. Rupes inter abietes cum inscr.: Dem Andenken An Leopold V. Buch Geweiht Nach Dem Beschlusse Am 20 Sept. 1856 In Der XXXII Versam. D. Naturf. U. Ae. I. Wien U. Mitw. Zahlr. Freunde D. Naturw. In Deutschl. Belg. Frk. Eng. Itl.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. aeneum.

CCCCLXIX. Ericus Gustavus Geyer, medicus practicus Heidelbergensis, natus d. 12. Jan. 1783.

Adv. Effigies, sub qua: C. M. M. Inscr. Ericus Gustavus Geyer. Exerg. Nat. 12. Jan. 1783.

Av. Poëta harpa canens; in sede: C. M. M. Inscr. Ore Profundo.

Num. $1\frac{1}{2}$ pollic. describitur a Kluyskens, I, p. 357.

CCCCLXX. Johannes Nepomucenus Ringseis, prof. chirurgiae Monacensis, natus d. 16. Maj. 1781.

Adv. Effigies, sub qua: C. Voigt. 1852. Inscr. Joh. Nep. V. Ringseis Prof. D. Heilkunde.

Num. unilaterale $3^1/_2$ pollic. apud Beierlein, IV, p. 67 descriptum.

CCCCLXXI. Gotthold Henricus Schubert, natus d. 26. Apr. 1780, professor historiae naturalis Monacensis.

Adv. Effigies, sub qua: F. Woltrack. Inscr. G. H. Schubert. München. Infra: 1836.

Toreuma unilaterale 8 pollic. Beierlein, IV, p. 74.

CCCCLXXII. Matthaeus Trettenbacher, medicus Monacensis.

Adv. Effigies, sub qua: C. Voigt 1857. Inscr. Dr. M. Trettenbacher Ausübender Arzt.

Numisma, cujus descriptionem cel. Beierlein mihi communicavit.

CCCCLXXIII. Johannes Baptista a Wenzl, medicus practicus Monacensis, natus circa annum 1818.

Adv. Effigies valde elevata. Inscr. Joann. Bapt. De Wenzl. Medicinae. Doctor. Monacensis. Aetatis. Suae. XXXIII. In area: 1851. Ad dextram a capite insignia cum symb. Edel Und Fest.

Num. unilateralis 4½ pollic.

IV. Belgae et Batavi.

CCCCLXXIV. Andreas Vesalius, natus Bruxellis d. 30. Apr. 1513, vel secundum alios d. 31. Decbr. 1514, denatus in insula Zacyntho d. 15. Oct. 1564; anatomicorum princeps, primus, qui naturam scholae praeferre ausus est, cujusque laudes omnes posteri repetunt.

*1. Adv. Effigies, infra quam: W. Binfield F. Inscr. Andreas Vesalius.

Av. Natus Bruxellis In Belgica An 1514. Obiit An. 1564. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1820. Durand Edidit.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 674.

*2. Adv. Effigies, sub qua: Lefevre. Inscr. Andreas Vesalius.

Av. prioris.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum.

*3. Adv. Effigies, sub qua: Le Boulonois. F. Inscr. Andreas Vesalius.

Av. prioris.

Num. $1^7/_{12}$ pollic. aeneum.

*4. Adv. Effigies, sub qua: Simon F. Inscr. Andreas Vesalius.

Av. Natus Bruxellis In Belgica An. 1514. Obiit An. 1564.

Num. $1^3/_4$ pollic. aeneum.

*5. Adv. Effigies, infra quam: Jouvenel. Inscr. André Vésale Né En 1514. Mort En 1564.

Av. In imo congeries librorum. Inscr. Vésale, Que Bruxelles — L'Avaient Jetté. Inscr. 14 linear.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum deauratum, depict. ap. Kluyskens, II, 272.

*6. Adv. Vesalii statua, pone cujus basin: L. Wiener D' Ap. F.

J. Geefs. Inscr. Statue D'André Vésale Inaugurée Le 31 Dec. 1847.

Av. Sous Le Règne De Léopold I Roi Des Belges. Le Gouvernement, La Province De Brabant, La Ville De Bruxelles Et Le Corps Médical Belge.

Num. $1^1/_{12}$ pollic. aeneum.

*7. Adv. prioris.

Av. Insignia civitatis Bruxellensis (St. Michael), sub quibus: S. P. Q. B. (Senat. Populusque Bruxellensis.) Inscr. Jeton De Présence.

Num. $1^1/_{12}$ pollic. aeneum deauratum.

8. Adv. Effigies, sub qua: Jouvenel. Inscr. André Vésale Né En 1514. Mort En 1564.

Av. Inscr. 14 linearum: Il Fut Le Père De L'Anatomie— L'avaient Jetté.

Num. $1^1/_{12}$ pollic. apud Kluyskens, II, p. 577.

9. Adv. Effigies a sinistra, sub qua: Merlen F. Inscr. Andreas Vesalius Anatomicus.

Av. Société De Médecine De Bruxelles. Messidor. An XII.

Num. $1^1/_2$ pollic. Kluyskens. l. c.

10. Adv. Effigies a facie, sub qua: Merlen F. Inscr. Andreas Vesalius Anatomicus.

Av. prioris.

Num. pollic. Kluyskens l. c.

11. Adv. Vesalius cadaver dissecans. Inscr. Sexcentos Exsecuit Ut Naturam Scrutaretur. Exerg. T. M. T.

Av. Nosocomium ad St Spiritum Romae, sub quo: Mercandetti Fecit Romae. Inscr. Nosocomium. Exerg. Inter verba: Praemia Studiorum insignia.

Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. Kluyskens, l. c.

12. Adv. Andreae Vesalio Scientiae Anatomicae Parenti — Obiit 30 Oct. Anno 1564.

Av. Auspiciis Leopoldi I — — Erectum Hoc Monumentum Et Dicatum 31 Dec. 1847.

Num. in memoriam erectionis monumenti. Kluyskens, l. c. p. 578.

CCCCLXXV. Joh. Goropius, a loco natali Becanus dictus, natus d. 23. Jun. 1518, denatus d. 28. Jun. 1572; variis

locis medicinam fecit, quae autem scripta reliquit, potissimum historiam spectant.

*Adv. Effigies, sub qua: Simon F. Inscr. J. Goropius Becanus.

Av. Natus An. 1518. Obiit An. 1572.

Num. 1 3/4 pollic. aeneum. Rud. 286.

CCCCLXXVI. Hadrianus Junius, seu proprie Hadrian de Jonghe, natus Hornae d. 1. Jun. 1512, obiit d. 16. Jan. 1574 prope Medioburgum, moerore, ut ferunt, ob bibliothecam ab Hispanis ipsi ereptam, vir doctissimis adnumerandus medicis.

*Adv. Effigies, infra quam: Simon F. Inscr. Adrianus Junius.

Av. Natus Hornae An. 1512. Obiit An. 1575.

Num. 1 3/4 pollic. aeneum. Rud. 349.

CCCCLXXVII. Rembertus Dodonaeus, seu proprie Dodoens, natus Mechliniae d. 29. Jun. 1518, denatus d. 10. Mart. 1585; Maximiliani II imperatoris archiater, 1582 Lugduni Batav. medicinae professor factus ibidemque mortuus, scriptis botanicis inclaruit.

*1. Adv. Effigies a sinistra, infra quam: Fonson F. Inscr. Rembertus Dodonaeus.

Av. Natus Mechliniae An. 1518. Obiit An. 1585.

Num. 1 3/4 pollic. aeneum. Rud. 166.

*2. Adv. Effigies a dextra, infra quam: Jouvenel. Inscr. R. Dodoens De Malines. 1518—1585.

Av. Superne congeries librorum, inter quos Aesculapii baculus vasque floribus repletum. Inscr. La Belgique, Où L' On Aime Tant Les Fleurs — — Où Il Mourut En 1585.

Num. 1 3/4 pollic. aeneum.

*3. Adv. et Av. prioris, nisi quod in aversa desunt emblemata.

Num. 1 1/4 pollic. orichalceum.

4. Adv. Effigies, sub qua: Jouvenel 1841. Inscr. Remb. Dodonée Né A Malines En 1518.

Av. In florum corona verba: Société D'Horticulture De Malines.

Num. 1 3/4 pollic. a Kluyskens descriptum, I, p. 260.

5. Adv. Effigies. Inscr. Société Royale D'Horticulture De Malines.

Av. Insignia Mechliniae urbis cum symb.: In Fide Constans. In latere: Hart Fecit.

Num. $1^3/_4$ pollic. apud Kluyskens l. c.

CCCCLXXVIII. Petrus Forestus seu van Foreest, de Batavorum salute tuenda meritissimus, clarissimus magno observationum thesauro, hodie adhuc utiliter conferendo.

*Adv. Effigies, sub qua: Simon F. Inscr. Petrus Forestus.

Av. Natus Alcmar An. 1522. Obiit An. 1597.

Num. $1^5/_6$ pollic. aeneum. Rud. 226.

CCCCLXXIX. Nicolaus Tulpius, natus Amstelodami d. 11. Oct. 1593, denatus an. 1674; chirurgus optimis quibuscunque adnumerandus, cujusque observationes, Hallero recte monente, a quolibet medico quae consulantur, dignae sunt, optimus quoque civis, senator et consul fuit.

*Adv. Effigies. Inscr. N. Tulp. Amsterd. Cos. IIII. Senator. Annis Quinquaginta.

Av. Cedrus, cujus vertex nubes intrat. Inscr. Vires. Ultra. Sortemque. Senectae.

Num. $1^3/_4$ pollic. plumbeum. van Loon, III, p. 69. Koehler, XIII, 330. Rud. 667.

CCCCLXXX. Christianus Huygens, natus d. 14. Apr. 1629, denatus d. 8. Jul. 1695; mathematicus et physicus meritissimus et celeberrimus.

1. Adv. Effigies a sinistra, infra quam: 1679. Inscr. Christ. Hugenius.

Av. Saturnus, cui superne planeta ejusdem nominis cum satellite ab Hugenio detecto apponitur, pendulo metitur. Inscr. Semet Metitur. Ad latera (literis incisis): Propter Inventionem Trianguli Saturni.

Num. egregium $3^1/_{12}$ pollic. Rud. 330.

*2. Adv. Effigies a dextra, infra quam: Henrionnet F. Inscr. Christianus Hugenius.

Av. Natus Hagae Comitum In Batavia An. 1629. Obiit An. M. DC. XCX (errore incisoris loco XCV). — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1821. Durand Edidit.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 331.

CCCCLXXXI. Agneta Blok, florum cultrix, denata d. 20. Apr. 1704.

*Adv. Effigies matronae ornatae, sub qua: J. Boskam F. Inscr. Agneta. Blok. Flora. Batava.

Av. Hortus amoenus, in quo Flora cum cornu copiae, tulipam dextra gerens, in ollis Bromelia, Ananas, Melocactus etc. Superne legitur: Vyver-Hof. Exerg. Fert. Arsq. Laborq. Quod. Natura. Negat. 1700.

Num. elegans $2^1/_4$ pollic. argenteum. Rud. 76.

CCCCLXXXII. Christianus Constantinus Rumpf, natus Hagae Comitum an. 1633, denatus Holmiae d. 2. Aug. 1706; Harderovici doctor medicinae creatus Lutetiam Parisiorum petiit, ibique legationi belgicae adjunctus praxi medicae ipse quidem operam non dedit, compendium autem medicum magistri sui Smitz denuo vulgavit. Postea per triginta annos in Suecia legatus belgicus.

1. Adv. Effigies, infra quam: Karlsteen. Inscr. C. C. Rumpf M. D. Fac. Belg. Abl. Ordi. Ap(ud). S(ereniss). S(ueciae). R(egem).

Av. Manus ex nubibus exserta annulum adamante ornatum super flammam tenet. Inscr. Constantia Vincit In Adversis. Exerg. 1677.

Num. $1^1/_3$ pollic. van Loon, III, p. 216, Moehsen Meds. 1, p. 353. Rud. 585.

2. Adv. Effigies, sub qua: A. K(arlsteen). Inscr. C. Cons. Rumpf. M. D. Aet. 48. A. 1681.

Av. Sertum laurinum, in quo verba: Quid Aeternis Minorem Consiliis Animum Fatigas? Horat.

Num. pollicare. Moehs. Meds. 1, p. 361. Rud. 586.

CCCCLXXXIII. Johannes Fridericus Helvetius, proprie Schweitzer nominatus, natus circa annum 1625, denatus d. 29. Apr. 1709; ordinum Hollandiae et principis Auraciaci archiater.

Adv. Apollo sedens, dextra citharam, baculum Aesculapii sinistra tenens; supra capitis nimbum signum Mercurii, ad dextram illa solis, lunae, Martis, ad sinistram Jovis, Veneris et Saturni. Exerg. Cito Tute Et Jucunde.

Av. Ter Zaeliger Gedachtnisse Van Den Heere Johannes

Fredericus Helvetius 'S Lands Doctor Overleben D. 29 Aug. 1709 Oudt 80 Jaeren. Perigr. Hy Heeft Genesen En Is Gestorve Om Genesen Te Werden.

Num. $1^5/_6$ pollic. Rud. 302.

CCCCLXXXIV. ANTONIUS LEEUWENHOEK, natus Delphis d. 24. Oct. 1632, denatus ibidem d. 28. Aug. 1723; naturae scrutator ardentissimus, microscopio tamen, quo semper utebatur, bene uti nescius.

*Adv. Effigies. Inscr. Ant. Leeuwenhoek Reg. Societ. Angl. Membr.

Av. In fundo urbs Delphae, ab anteriore parte flores et alveus apibus circumvolitantibus. Exerg. In Tenui Labor At Tenuis Non Gloria. (Virg. Georg. IV. literis incisis.)

Num. duos pollices linea superans, aeneum, caelatum. van Loon, IV, p. 223. Rud. 386. Kluyskens, II, 135.

CCCCLXXXV. SIMON SCHYNVOET, natus 1652, denatus 1727; Belga, architectus, auctor numismaticus, naturae scrutator, praesertim conchylia colligens.

Adv. Effigies. Inscr. S. Schynvoet Archit. Etc.

Av. Monumentum, ad cujus sinistram: Architectura, ad dextram: Pallas. Exerg. Schyn Voed. (Lux nutrit.)

Num. $1^5/_6$ pollic. fusum et scalptum rarissimum. van Loon, IV, p. 221. Rud. 608.

CCCCLXXXVI. HERMANNUS BOERHAAVE, natus prope Lugdunum Batav. d. 31. Decb. 1668, denatus d. 23. Sept. 1738; medicinae, qui suo fuerint aevo, professorum facile princeps, ingenio, eruditione, dictionis simplicitate junctis fere incomporabilis.

1\. Adv. Effigies senis a dextra, sub qua: A. Bemme. Inscr. Hermanus Boerhaave.

Av. Baculus Aesculapii cum oleae ramulo, supra inscr.: Geboren Te Vorburg 1668. Overleden Te Leyden 1738.

Num. fere bipollic. van Loon cont. II, tab. 14, n. 130. Rud. 81.

*2. Adv. Effigies a sinistra, sub qua: Simon F. Inscr. Herman Boerhaave.

Av. Natus 1668 Prope Leidam. Mortuus 1738.

Num. $1^3/_4$ pollic. aeneum. van Loon l. c. n. 129. Rud. 82.

*3. Adv. Effigies a sinistra, sub qua: Vivier F. Inscr. Hermannus Boerhaave.

Av. Natus Vorzouti prope Leidam In Hollandia An. 1668. Obiit An. 1738. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1821. Durand Edidit.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. van Loon. l. c. n. 131. Rud. 83. Alterum mihi est specimen hujus numi eo a descripto differens, quod nomen incisoris in area adversa propius effigiei accedit, et in aversa anni numerus est 1819.

4. Adv. Effigies a facie, sub qua: H. Boerhaave.

Iconisma ab egregio artifice K. Lanting, Amstelodamensi, argento scalptum, unilaterale, ovale, $3^1/_4$ pollic. altum, $2^1/_2$ latum. van Loon l. c. n. 132. Rud. 84.

CCCCLXXXVII. Fridericus Fontein, medicus batavus, natus Harlingae d. 22. Febr. 1736, denatus ibidem d. 24. Decbr. 1765.

Adv. Mulier lacrymas fundens prope monumentum, quod insignia defuncti gerit. Infra: B. C. V. Calker.

Av. Medicinae, pharmaciae, botanices, anatomes attributa. Exerg. Feddrick Fontein M. D. Gebor. Te Harlingen 22 Febr. 1736. En Aldaar Overleden Den 24 Decemb. 1765.

Num. $2^1/_6$ pollic. Rud. 224.

CCCCLXXXVIII. Gerhardus van Swieten, natus Lugduni Batavor. d. 7. Maj. 1700, denatus prope Viennam Austriae d. 18. Jun. 1772; Boerhaavii discipulus et commentator egregius, archiater caesareus, rebus medicis praefectus liberalis et gratiosus.

*1. Adv. Effigies, sub qua: A. Wide(man). 1756. Inscr. Ger. L. B. V. Swieten S. C. R. M. A. Con. Arch(iatrorum). Co(mes). Bib(liothecae). Pr(aefectus).

Av. Genius cum baculo Aesculapii sub lauro, apparatus chemicus etc. Inscr. Docet Et Sanat. Exerg. Med. Vienn. Emend.

Num. $1^5/_6$ pollic. argenteum. Bauer, p. 354. Moehsen Meds. I, p. 1. Rud. 630.

*2. Adv. Effigies, sub qua: A. Wideman. Inscr. Ger. L. B. V. Swieten Ord. S. Step. Com. A Cons. Aul. Arch. Co. Bib. Pr.

Av. Monumentum cum cel. viri busto et epitaphio: M. Theresia Aug. Memoriae Ger. L. B. V. Swieten. Nat. 7 Mai 1700. † 18 Jun. 1772. Inscr. Ob Doctrinam Et Integritatem.

Num. $1^3/_4$ pollic. argenteum. Schau- u. Denkm. II, p. 340, n. 243. Rud. 631.

CCCCLXXXIX. Hieronymus de Bosch, medicus Hollandiae, de quo nil innotuit, nisi quod ipse de se in numismate descripto narrat.

Adv. Effigies, infra quam: B. C. V. Calcker F.

Av. Hieronymus De Bosch Collegii Medici Amstelaedamensis Per L Annos Socius, Aetatis Agens 87, Hoc Qualecunque Animi Amici Monumentum Collegis Suis L. M. Q. D. XII Kal. Septemb. 1764.

Num. bipollicare. Rud. 89.

CCCCXC. Hieronymus David Gaubius, natus Heidelbergae d. 24. Febr. 1705, denatus Lugduni Batavor. d. 29. Novbr. 1780; summus pathologus, ut et de chemia meritus.

Adv. Caput Minervae, cujus galea laureata claves fert decussatas (insignia), cujusque lanceae apici ulula insidet. Inscr. Academia Lugduno-Batav. Infra: T. V. B(erkel).

Av. Sertum, in quo verba: Ludi Seculares. Inscr. Hieron. Dav. Gaubio Rectore III.

Num. $1^5/_{12}$ pollic. Rud. 261.

CCCCXCI. Petrus Camper, natus d. 11. Maj. 1722 Lugduni Batavor., denatus Hagae Comitum d. 7. Apr. 1789; vir ingeniosissimus, de anatomia, praesertim comparata meritissimus.

1. Adv. Effigies. Inscr. *Πολλων Αντaξιος Ανδρων.*

Av. Aesculapius sedens coram columna Telesphorum gerente et angue sacro circumvoluta. Inscr. *Θεου Ασκληπιου.*

Num. pollicare a cel. Hemsterhuis inventum, ab artifice batavo egregio Schepp percussum, antiquorum more area utrinque excavata utens, simplicitate et elegantia nulli cedens, cujus tria specimina tantum ob pistillum disruptum exstare J. C. de Jonge dicit. (Notice sur le cabinet des méd. etc. du roi des Pays Bas. à la Haye. 1823. 8.) C. P. Serrure (revue numismatique belge, III) quartum specimen in collect. Geelhard. Antwerpiae inveniri narrat. Rud. 116. Depict. ap. Kluyskens, I, 176.

2. Iconisma ab egregio artifice K. Lanting, 3 pollic. longum, $2^5/_{12}$ pollic. latum, in cel. Rudolphii collectione erat, effigiem a dextra sistens cum inscr.: Petrus Camper. Rud. 117.

CCCCXCII. Petrus Nieuwland, natus prope Amstelodamum d. 5. Novb. 1764, denatus Lugduni Bat. d. 14. Novb. 1794; physicae et astronomiae professor Amstelodamensis et Leydensis eruditissimus.

Iconisma argento caelatum ovale Hier. de Vries possedit. Rud. 485.

CCCCXCIII. Johannes Ingenhousz, natus Bredae an. 1730, denatus d. 7. Sept. 1799 prope Londinum; medicus practicus, chemicus et physicus egregius.

Adv. Effigies valde elevata. Inscr. J. Ingenhousz. Cons. Et Archiat. Caes.

Num. $3^2/_3$ pollic. unilaterale plumbeum percussum apud Wellenh. II, 2, 13980. Aliud autem videtur esse numisma, quod describit Kluyskens, II, p. 62, ejusdem magnitudinis, sed cum alia inscriptione: J. Ingenhousz. Cons. Aul. Et Archiat. Caes. Reg. Soc. Lond. Etc. Socius 1779.

CCCCXCIV. Van Hende, medicus practicus Brugiensis, de quo nusquam comperire quid potui.

*Adv. Effigies, sub qua: F. de Houdt. F. Inscr. Van Hende M. D. Natus Thoralti 1738, Mortuus Brugis 1819.

Av. Sertum quercinum, in quo verba: Profuit Proximo.

Num. $1^1/_2$ pollic. aeneum. Rud. 303.

CCCCXCV. Johannes Henricus van Swinden, mathematicus et physicus egregius, qui et docendo et scribendo maxime profuit.

Adv. Effigies, infra quam: Simon F. Inscr. J. H. Van Swinden.

Av. Natus Amstelodami An. 1747. Obiit An. 1823.

Num. $1^3/_4$ pollic. Rud. 632.

CCCCXCVI. Nicolaus Gabriel Antonius Josephus Ansiaux, natus Cennaei d. 6. Jun. 1780, denatus Leodii d. 26. Decb. 1834, ubi professor medicinae et chirurgiae erat.

Adv. Effigies, sub qua: L. Jehotte F. Inscr. N. G. A. J. Ansiaux.

Av. Né A Ciney En 1780. Doc. En Chirurgie Prof. A L'Uni-

versité De Liège. Mort En 1834. — Par Ses Collègues Et Ses Amis. 1835.

Num. $1\frac{1}{2}$ pollic. apud Kluyskens I, p. 15 descriptum et depictum.

CCCCXCVII. Phoebus Hitzerus Themmen, Groninganus, medicus Amstelodamensis, de variolis vaccinis propagandis meritissimus, et societatis huic nobili scopo dicatae praeses.

Adv. Effigies, sub qua: Lageman F. Inscr. Phoebus Hitzerus Themmen M. D. Instituit 1803.

Av. Laurinum sertum, cujus spatium internum nominibus incidendis destinatum videtur. Inscr. Het Amsterdamsch Koepok-Inentings Genootschap.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollic. Rud. 654.

CCCCXCVIII. Florentinus Cunier, natus in Hanonia anno 1812, denatus d. 19. Apr. 1853; ophthalmiater Bruxellensis.

Adv. Duo olivae rami, in quibus liber apertus, in quo legitur: Annales d'Oculistique Publiées Par Le Dr. Florent Cunier.

Av. Duo rami quercini coronam formantes.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollic. praemii loco datum a Kluyskens, I, 235 describitur.

CCCCXCIX. Simon Lubin, medicus Bruxellensis seculi decimi noni, denatus d. 15. Jan. 1835.

*Adv. Effigies, infra quam: J. Leclercq F. A tergo ejus: Simon Lubin.

Av. A Simon Lubin 384 De Ses Concitoyens Guéris De Diverses Maladies Par Ses Soins Désintéressés. Bruxelles 19 Avril 1835.

Num. egregium $1\frac{11}{12}$ pollic. aeneum.

D. Jacobus Ludovicus Kesteloot, natus Neoporti d. 9. Oct. 1778, denatus Gandavi d. 5. Jul. 1852; medicus practicus Gandavensis.

Adv. Effigies, pone quam baculus Aesculapii, inferius: F. De Houdt F. Inscr. Jac. Lud. Kesteloot Neoportanus Med. D.

Av. Inscr. Qui Medicinae Professor In Acad. Gand. Rud.

Donatus Doctoratus Sui Festum Post X Lustra Inter Suos XXXI Oct. 1850 Consecravit. Diligere Et Investigare.

Num. $1^{10}/_{12}$ pollic. Kluyskens, II, 88.

DI. Ludovicus Josephus Seutin, medicus nostri aevi Bruxellensis meritissimus, professor chirurgiae, inventor novae curandarum fracturarum methodi.

*Adv. Effigies, infra quam: Leopold Wiener F. Inscr. Louis Joseph Seutin Né A Nivelles Le 18 Oct. 1793.

Av. Inter duo serta laurina patera, e qua serpens bibit, infra quam inscr. 6 linearum: A L'Auteur De La Méthode Amovo-Inamovible La Médecine Et L'Humanité. 1852.

Num. $2^1/_4$ pollic. aeneum egregium, depict. ap. Kluyskens, II, 446.

DII. Johannes Franciscus Vleminckx, medicus et chirurgus nostri aevi Bruxellensis meritissimus.

*Adv. Effigies, infra quam: Leopold Wiener. Inscr. J. F. Vleminckx Inspect^eur^ Gen^al^ Du Service De Santé De L'Armée Belge.

Av. Duo rami laurini inferne revincti, superne serpente circum instrumentum quoddam voluto clausi, inscriptionem includentes: A L'Organisateur Habile, A L'Administrateur Intègre, Au Chef Dévoué Les Officiers Du Service Sanitaire 1853.

Num. $2^1/_4$ pollic. aeneum.

DIII. Ludovicus Willems, medicus belgicus, de quo nil comperi, nisi quod numisma indicat.

*Adv. Effigies, sub qua: Leopold Wiener. Inscr. Dr. Louis Willems Né A Hasselt Le 26 Avril 1822.

Av. Sertum laurinum verba includens: A L'Inventeur De L'Inoculation De La Pleuropneumonie Exsudative Bovine. 1853.

Num. $2^1/_4$ pollic. aeneum.

DIV. Johannes Antonius Jacobus Fierens, natus Antverpiae d. 1. Jan. 1798, medicus et ophthalmiater nostri aevi.

1. Adv. Effigies, pone quam baculus Aesculapii, sub qua: F. De Houdt F. Inscr. Le Docteur Jean Ant. Jacq. Fierens Né A Anvers 1798.

Av. In corona quercina verba: A L'Ami De L'Humanité Souffrante. Perigr. Les Aveugles Et Les Ophthalmistes Gratuitement Guéris. 1837.

Num. $2^1/_{12}$ pollic. Kluyskens, I, 304.

2\. Adv. Inscr. L'Administration Des Hospices Civils De Courtraie A Monsieur Fierens Médecin Oculiste.

Av. L'Ecole Des Orphelins. Ophthalmie. 1849. 1850.

Num. $2^1/_{12}$ pollic. Kluyskens I, 304.

DV. Lambertus Adolphus Jacobus Quetelet, natus Gandavi d. 22. Febr. 1796, professor matheseos et physices Gandavensis.

Adv. Effigies, sub qua: David. A tergo: A Quetelet. Ante effigiem: Produit Par Le Galvan^e^ Univt^é^ De Gand. 1843.

Numisma unilaterale $5^3/_4$ pollic. Kluyskens, II, 330.

DVI. C. G. C. Reinwardt, peregrinans in insula Java, postea professor historiae naturalis Lugduni Batav.

Adv. Effigies, sub qua: V. D. K. Act. 78. Inscr. Respondent Ultima Primis.

Av. Inter olivarum ramos: C. G. C. Reinwardtio Naturae Investigatori Per L Annos Professori Amici Et Discipuli D. X Junii 1851.

Num. bipollic. Kluyskens, II, 368.

V. Slavi.

DVII. ALEXIUS PETROWITSCH BESTUSCHEF-RIUMIN, Comes, natus Moscoviae an. 1693, denatus Petropoli d. 24. Apr. 1766; ad summas passim dignitates evectus, alio iterum tempore exul, non tamen fractus, ad quod numismata alludunt, heic loci ob tincturam ab eo divulgatam ejusque nomine insignem enumeratur.

1. Adv. Effigies, sub qua: J. G. H(oltzhey). F. Inscr. Alexy Comes De Bestuschef-Riumin, Imper. Majest. Ruth. Cancellarius etc.
   Av. Rupes duo in mari commoto, superne sol nubibus maximam partem obvelatus, fulmina et imbres. Inscr. Immobilis In Mobili. Exerg. Semper Idem. 1757.
   Num. bipollic. Rud. 68.

*2. Adv. et Av. ut prioris.
   Num. $1^1/_4$ pollic. argenteum; depictum ap. Büsching p. 4, qui tamen sub effigie literas B. K. dedit, loco literarum J. G. H. F. in specimine meo.

*3. Adv. Effigies. Inscr. Alexius Comes A Bestuschef-Riumin. Exerg. Imp. Russ. Olim Cancelar. Nunc. Senior. Exercit. Dux. Consil. Actu. Intim. Et Senat. Primus. J. G. W(aechter). F.
   Av. eadem ac priorum.
   Num. bipollic. aeneum.

*4. Adv. Eadem ac tertii.
   Av. ut tertii, nonnisi rupibus et nubibus aliter dispositis et inscript. exergi mutata: Semper Idem. 1762.
   Num. bipollic. aeneum deauratum. Rud. 69.

*5. Adv. Effigies, sub qua: Dubu(t). Inscr. Alexy Com. D. Bestuschef-Riumin. Imp. Mai. Ruth. Can.

Av. eadem ac tertii, alio modo tamen rupibus formatis et nubibus dispositis.

Num. bipollic. aeneum egregium.

6. Adv. eadem ac tertii, auctoris vero nomine mutato: J. G. Jaeger.

Av. eadem ac quarti.

Num. $1^1/_4$ pollic. Rud. 70.

7. Adv. eadem ac quarti.

Av. Octo inter cypressos cenotaphium litera B. insignitum, cui ab altera parte Religio, Spes coronam offerens ab altera adstant. Infra: J. G. J(aeger). Inscr. Tertio Triumphat. Exerg. Post Duos In Vita De Inimicis Triumphos De Morte Triumphat. Nat. MDCXCIII. Denat. MDCCL Aetat. (Post annum mortis et post verbum Aetat. spatia, quae alio tempore expleri debuissent).

Num. 2 pollic. ap. Büsching p. 16 depict. Rud. 70a.

8. Adv. ut sexti.

Av. ut septimi, exergo tantum mutato: Post Duos In Vita De Inimicis Triumphos De Morte Triumphat. A. MDCCLX (spatio, quod expleatur, relicto). Aetat.

